¶ Utrū ꝑlatus solus possit repudiare legatū sine solennitate ꝑfate? R. vt colligo ex ꝺsilio.ij. Pauli de castro ꝙ nō: sz ꝺonationē sic. t dicit ꝓbari t bñ ex.l. magis puto.§. fundū.ff.de re.eoz q̄ sunt sub tu. Rō diuersitatz est.qz in ꝺonatione nō acquirit ꝺonatario ni si volēti t non ignozāti. sed i legato sufficit factū testamētatozis solū?.acquirit em̄ ignoranti licet reuocabiliter.l. cū pater.§. surdo. ff.de leg.ij.t.d.§.fundū.ergo legatū est quesitū ipso facto. Et sic intelligeno.ꝙ doc.in.c. vt sup.de re.ec.nō alie.t in.c.tua.de his q̄ fiant ꝑcla. Et mihi placet.q̄uis Fede.ꝺsil. ix. consuluerit ꝙ etiam legatum potest repudiare. Et cum Fede.est Inno.in.c.ij.ꝺ do.Bar to.in.l.ubemus nullā.C.de sa.sanc.ec.vbi bene distinguit.t Pa.in.c.i.de dolo. et contu. vbi late ponit.sed eos nō sequoz: nisi quādo q̄ō legatur esset de his que alienari sine solēnitate possunt añ factum. sed ꝑest factū sic si cā legitima subesset. Et idez dic i quocūq̄z ꝓhibito alienari sine aliqua solēnitate vl' cōsensu alterius

17 ¶ Utrum iconomus ecclesie cui ꝺmissa est i aliquo casu alienatio possit illā facere cōsanguineis suis: R. Pa.i.c.vt super.de re.eccle. nō alie.legisse tenent p autenticā quibuscūq̄z modis.C.de sa.sanc.ec.positam.x.q.ij.ꝙ nō.nec alius administrator cuiuscūq̄z ꝺditionis sit. Sed Pa.dicit nō esse verum in ꝑlato.sed bñ in iconomo t aliis. Ego tamen credo ꝙ i ꝺscretia si ex cā legitima facit excusetur.t valeat talis alienatio.arg.c.i.de ceha.cle t mu.in tex.t in glo.

18 ¶ Quid dicit ꝑpetuū: R.glo.x.q.ij.hoc ius. Primo ꝙ durat vsq̄z ad xxx.annos.insti.de ꝓpe.t cēp.ac. Secdo ꝙ durat q̄diu viuit cui ꝓcedit.ff.ꝓ socio.l.i.t.c.ꝑarie.x.q.ij. Tercō ꝙ durat q̄diu pēsio soluat.insti.de loca.§.adeo. Et sic ois talis ꝺctus ꝓhibet sine solēnitate.t i causis de quibꝫ.s.dictū est

19 ¶ Utrum terre inculte date ad culturā cum promissione dandi eas in emphiteosim possint dari post culturā ipsarum: R. Pa. in.c. ad aures.de rebus ec.non alie.ꝙ sic.extirpātibus siue eoꝝ heredibus aliis nō: nisi seruata debita solennitate.qz nō sunt amplius terre siluestres.

¶ Utrz sede vacāte possint alienari bona ꝓ ecclesie? R. Pa.i.c.i.ne se.va.ꝙ aut sunt bona q̄ seruādo seruari nō pñt.tunc in eccl'ia ꝑali iconomus siue capl'm sine alia licentia ꝓ terit. Sicut dicimus in tutoze.l. lex tutoris C.de admi.tu.t.l.tutoz qui reptozū.ff.eo. Si ꝺo bona seruari pñt.tūc in ecclesia ꝑali nō poterūt alienari sine licētia pape solū.ar. d.c.i.t in.c.i.de re.ec.nō ali.li.vi. In ecclesia ꝺo inferioz tūc si magna vrget necessitas t eccl'a diu ē vacatura.nec pōt ꝓmode expectari creatio ꝑlati. tūc in istis ꝺuobꝫ casibꝫ dicē Inno.ꝙ dabit curatoz bonis.t p illum fiet alienatio.nec ꝑius poterit fieri.etiā p archiep'm añq̄z sit datus administratoz eccl'ie vacāti.vt in.d.c.li.vi.facit.l.ij.ff.de cu.bo.dā.t qō no.in cle.ij.de re.ec.nō alie.t ꝓcoz.An.t Bu.Sil'r nō valet alienatio facta a seismaticis vl' intrusis.de scisma.c.i.xij.q.ij.alienatōes. Et teneā q̄ eā recipit restituere nō solū rē sz etiā fructus ꝓceptos.t qui ꝓcipi potuerūt a iusto possessoze.c.gnisl.de rest.spo. Et tē excōicatus q̄ nititit talibꝫ alienatōnibꝫ.vt j. Excōicatio.vij.casu.ix.

¶ Utrz ꝑlatus hñs bona distincta a bonis cā 21
pituli possit illa ꝓcedere alicui ad vitā ipsi? ꝑlati sine capitl'i ꝓsensu t alia solēnitate: R. Pa.in.c.ꝓtinebat.de his que fūt a ꝑcla. ꝙ Fe.ꝓsi.li.tenet ꝙ sic. Vide doc.i.c. veniens. de trāsac.t maxime eā pietatis.p tex.iuncta glo.xvi.q.i possessiones. Vide Archi. in.c. i.de re.ec.non ali.li.vi

¶ Utruz in alienatione rei minoris requirat 22
alia solennitas: R. Inno.in.c.i.de re.ec.nō ali.li.vi.ꝙ sic.s.causse cognitio t decretum et cā legitima.C.de ꝑ.mi.l.minoz.t.l.si minores.t ff.de re.eoz qui sunt sb tu.l. magis puto.§.non passim.t.§.si es. Et hoc verum etiam in mobilibus ꝑciosis sm eundē ibidem, al's habet ꝺ possidentē rei vendicationē contra tutozē aut curatozē ꝑsonalē actionē tutele vel negocioz gestoz.d.§.si es.t.§.se.C. de ꝑe.mi.l.t si ꝑses. Et dicit ibidē Inno.ꝙ decretum in sentētia.t nō imponit sine cause cognitione.t ideo in scriptis est dādū.C.de sen.ex pi.re.l.ij.ff.de reb eoz qui sunt sb tu. l.i.t.d.§.si es.t.d.l.minoz. Et ꝑ tm̄ in iure decretū vocat auctas.l.i.C.de mi.t.l.i.C. q̄n decre opus non est

¶ De alienatōe possessiois date sub ꝺditōe 23

ne alienet. vide. j. donatio. §. xlvij.

24 ¶Utrum valeat alienatio facta p eum q̃ cõmisit capitale crimen: etiã ad pĩã causaz. R. Jnno. in. c. quia ppter. de elec. q̃ alienatio tenet dummodo fiat añ sniam. l. post contractuz. ff. de dona. z. l. si quis post hac. C. de do. dan. q̃ pcipit q̃ bona illius qui capitale ꝯmisit crimen publicent: intelligẽda est post sententiã inuecta. vel ex suspitione pene alienata. vt. ff. de dona. cã mor. l. si aliquis. Fallit i crimine lese maiestatis. vt in glo. d. l. post ꝯctum. fil'r in crimine hereseos. vt in. c. cũ fm. ꝺ here. li. vi. qz sunt in ꝯ missum a die cõmissi criminis. vide. j. Hereticus. Idẽ dici quocunqz crimine qꝺ ipso facto bona ipm perpetrantis essent ꝯfiscata

25 ¶Utruz alienatio in fraudẽ creditoz vl' patronoꝝ valeat. R. Jnnoc. vbi. s. q̃ nõ. qz venit reuocãda. vt. ff. ꝺ his que in frau. cre. p totum. Immo plus q̃zuis nõ sit facta in fraudem. li tñ fraus est ipso facto reuocat. l. omnes. §. lucius. ff. eo. ti.

26 ¶Utrum alienatio rei litigiose valeat. vide j. Cessio in pzin.

27 ¶Utrum alienatio fundi totalis vel rerum donataꝝ ppter nuptias valeat. vide. j. dos. §. xi. z. xij.

28 ¶Qui ꝓhibeant alienare. vide infra Donatio. §. iiij. cum sequen.

29 ¶De alienatõe bonoꝝ mobiliũ que seruãdo seruari nõ pñt facta p eccl'asticas psonas: vi de infra Clericus. i. p totum

Alimenta Alimentoꝝ appellatione vestimenta z calciamenta intelligunt in legatis. vt. ff. de ali. z ci. le. l. legatis. Idem dico si legatus ẽ victus. vt. ff. de ver. sig. l. verbo victus. Hecus si cibaria sunt relicta. vt. ff. de ali. et ci. le. l. añe. Itẽ nomine alimentoꝝ veniũt medicine fm Dy. Ang. z Jmo. in. l. si cũ dotẽ. §. si maritus. ff. so. ma. p. l. verbo victus. cũ sequ. vbi est casus. ff. de ver. sig. z ꝓbat in. l. legat'. ff. de ali. z ci. le. z Bal. in. l. in rebus. ff. ꝺ mo. q̃zuis dixerit contrarium in. d. §. si maritus p copulã. que ponit inter diuersa. vt no. glo. in rubrica. ff. de iu. z fac. igno. Hoc nõ nõ est ver. qz ibi ponit inter genus z speciẽ. vt in simili nota. glo. in. l. i. C. de ser. z aqua. sed appellatione cibarioꝝ nõ veniũt medicine fm Ang. in. d. §. si maritus. Sil'r nomie alimonie veniũt necessaria vite fm Pa. in. c. cum fm. de pbẽ. Et patet ex. c. nõ liceat. de pbẽ. in fi. lre. Et nomẽ vite necessaria importat vestes. cibos. medicinas et hmõi. sicut dicim' de alimẽtis legatis in. d. l. legatis. z ibi tenet Bar. q̃ ille cui debent alimẽta debet hze expẽsas p studio necessario sine quo viuere ñ posset fm ꝺ decentiam psone. puta grãmatica z hmõi. Hecus de expẽsis i studijs i quibꝫ dicit militare. sine quibꝫ bñ pot viuere hõeste fm ꝺ decentiã sue psone. Idem no. in. l. de bonis. §. nõ solum. ff. de car. edic.

¶Quis tenetur ad alimẽta pstanda. R. fm Azz. in sum. C. de alen. li. z Mo. in ti. alimẽta. q̃ ꝓmo parentes liberos z liberi parentes alere tenẽtur. z omnia onera inuicẽ sufferre. vt patet. C. eo. p totuz. nõ tamẽ de ere alieno vt. ff. eo. ti. l. si quis. §. parens. Nota tamẽ q̃ nomine patris hic veniũt ascendentes ex linea paterna. z matris nomie ex linea materna. Est tñ dñtia. qz mater nõ tenet nisi pater vel ascendentes ex eius linea defecerint vel sint egentes. vt. l. si quis. §. vtrũ. z. l. nõ que admodũ. ff. eo. ti. Fallit hoc etiã q̃n filij pñt sibi sufficere in alimẽtis vel ex bonis suis vel ex artificio. Limita fm Bar. nisi sit nobilis cui nõ deceat talẽ artẽ exercere. Et idẽ puto i liberis circa parẽtes suos. ff. eo. l. si qs. §. fz si filius. Nec distinguo an sit emancipat' vel ne. an sit legitimus vel ne. quia de iure cano meo tam pater q̃z mater tenet alere spurios vt notat Jnno. in. c. ij. de regu. z Pa. in. c. cũ haberet. de eo qui du. quã pol. p ad. Fallit etiam vt infra Filius. §. xxi. Hcdo vir vxorem z vxoz vizt: si vir sit iops z vxoz locuples. C. vñ vir z vxoz. aut. ꝓterea. ff. solu. ma. l. si cuz dotem. ff. ad sil. l. i. ff. de iu. do. l. mutus. Et hoc nisi vir vl' vxoz essent i culpa quo min' exhiberet debita obsequia alteri. ar. l. iulian' §. offerri. ff. de ac. em. cuz sy. Tercio frater fratrẽ si egeat fm glo. in. l. parentũ. C. de alen. li. z. d. l. si quis a liberis. Et eã approbat Sali. in. d. l. parentũ dicẽs esse rõnabile. qz si tenet alere fratrẽ naturalẽ tm. vt in aut. licet. C. de natu. li. multomagis naturalẽ z legitimũ. ar. ff. de ammi. tu. l. tutoz fm dignitatez §. i solutẽdis. Quarto seruꝰ a dño. ff. de adle. l. cũ plures. §. pe. Alioquin fiet quod est i l. ij. ff. de his qui sunt sui vel ali. iu. z i. l. si sanus. C. ꝺ lati. li. to. Quinto socer nuꝝ suã. d. l. si qs. Hexto tutoz matrẽ pupilli z sororẽ si egent. l. si post. i pncipio. ff. de tute. Et nota q̃ alimẽta debẽt pstari fm ꝺ suetudinẽ regionis arbitrio boni viri z fm facultatẽ debẽtis z dignitatẽ legatarij fm Bar. in tractatu de duobus fratribꝫ. facit. l. alimenta. ff. de ali. z ci. le. z. l. cũ hi. §. cũ in psona. ff. de trãsac.

Altare duplex ē. aliud stabile. quod quidem in ecclesia consecrata nō potest construi nisi quod epūs ꝑpriꝰ cō secrauit vel ꝺsecrari pmisit. s. ab alio epo. lx viij. di. c. q̄uis. ⁊ de ꝺse. dist. i. c. nullus. et. ij Aliud aūt dicit viaticū. s. in via portanduꝫ vel portatile fm Jo. an. in. c. qm̄. de priuile. lib. vi. Et nō ꝙ istud altare portatile aliquā do fit ex tabula ⁊ lapide. ita ꝙ lapis est sigil lum. ⁊ sepulcrum est in ligno. Aliquādo ꝯo fit ex lapide solum. ita ꝙ in ipso lapide est se pulcrum. Aliquando cuꝫ ligno ⁊ lapide. ita ramen ꝙ in lapide est sepulcrum ⁊ sigillū. et ponit lignū ꝑ angēda eius latitudine. Alli quādo fit in lapide solo sine sepulcro et reli quijs. Et istis q̄tuor modis solūmodo po test fieri. Et debet esse latum ꝙ sup eo possit stare hostia ⁊ calix. ar. c. concedimus. de con se. dist. i.

¶ Utr debeat esse ꝺsecratū ab epo tā stabile q̄ viaticū? R. ꝙ sic. d. c. nullus. ⁊ d. c. ꝺcedi mus. ⁊ c. quod in dubijs. de ꝺse. cc. vel al.

¶ Quō execrat altare? R. fm Pa. i. c. ꝑpositi sti. de conse. ec. vel al. ꝙ duobꝫ modis. Primo q̄n mēsa altaris est mota. i. q̄n tabula sit penor de loco cui cōpaginat amouet fm Jn no. in rubrica p̄dicti ti. ⁊ Host. i. c. i. eo. ti. Et hoc verū in altari stabili. ⁊ licet i ipsa mensa sit foramen ꝺsecratōis. tū si renouat mēsa a strictura execrat altare. q. ꝺsecratio intelligi tur principaliter i comūctione lapidis supi oris ⁊ stricture inferioris Secus si totū trās fertur cum sibi cohērētibus. Secus i porta tili. q. nō execrat nisi amoueat illud paruuꝫ sigillū ꝺtinēs ꝺsecrationē q̄n factuꝫ est ita ꝙ in lapide fit sepulcr. Sed q̄n lapis est ꝑ si gillo in ligno. tunc fm Jo. an. in. c. ligneis. eo. ti. amoto lapide a ligno est execratū. Q̄n vero est factū tercio mō. tunc si lapis amoue atur a ligno. Abbas ⁊ Jo. an. in. d. c. ligne is. tenēt ꝙ nō execratur. q. ꝺsecratio est i ipo lapide. Pa. ibidem dubitat. quia cū recipit formā ab ipso ligno et lapide. puta q. lapis est ita paruus ꝙ nō sufficit ad formā altaris viatici. sublato ligno est verum dicere ꝙ al tare patitur enormē lesionē. Tu dicas verū esse q̄n lapis est ita paruus ꝙ nō pōt cōtine re caliceꝫ cum hostia eo mō quo debet sup ipm poni ad celebrandū. alis vera ē opi. abbatis ⁊ Jo. an. Secdo mō execratur q̄n enormiter est fractū. d. c. ligneis. ⁊ ibi dicit Pa. ꝙ vbi cūqꝫ ꝺtingat enormis fractura in altari exe crat. q. videt ꝑdere formā. Sec⁹ si fractura non sit enormis. Isto solo mō execrat altare portatile quarto modo dictū ⁊ nō alijs mo dis. Et nō fm eundez Pa. ⁊ glo. in. d. c. i. ꝙ enormiter frāgit ⁊ execrat altare stabile si ali q̄s de lapidibꝫ tāgentibꝫ ipsam ꝺsecratōem vel sigillū ē amotus. Et nō ꝙ q̄n fit ꝺsecra tio altaris fit vnū foramē parū in mēsa la pidea altaris vel aī altare vel i latere dextro ⁊ post ꝺsecrationē claudit lapide quo. ⁊ dr it le lapis sigillū. q. denotat illud ꝺsecratum. ⁊ ibi ponunt reliquie ⁊ nomē epi ꝺsecrantis ⁊ sancti ad cuius honorē ꝺsecrat

¶ An aūt possit poni corpus xpi consecratū ꝑ reliquia. Anno. cū filio assistentiū respon dit ꝙ nō. Ferr tñ ꝙ leo papa dedit partē cor poralis ⁊ corpis xpi in cōsecratione cuiusdā ecclesie. Hec Pa. in. d. c. proposuisti. Tenet Astēn. lib. vi. ti. xxix. ꝙ altare portatile po test consecrari sine reliquijs. Allegat. c. cōce dimus. de ꝺse. di. i. Et iura q̄ vident ꝯria. di cit ꝙ loquunt in altari stabili. Et ꝙ nō sint necessarie: facit rubrica in missalibꝫ antiqs q̄ dicit ꝙ si reliquie nō fuerint omittat illa ꝑ ticula illius orōnis que dicit post ꝯfessionē scz Oramus te dñe ꝑ merita sanctoꝝ tuorū quoꝝ reliquie hic sunt tc. 3

¶ Utr execrata eccl'ia execret altare? R. Pa. i. d. c. ꝑposuisti. ꝙ non. q. eccl'ia pōt destrui absq; hoc ꝙ destruatur altare. Sec⁹ si pollu atur. q. tūc etiā pollunitur altare ⁊ indiget re conciliatione. Hoc intellige de stabili altari nō de viatico seu portatili 4

¶ Utr plura altaria possint eodē die i eadē eccl'ia ꝺsecrari? R. ꝙ sic: sicut ⁊ plures epi eo dem die ꝺsecrari. c. cū sis. de ꝺse. cc. vel al. 5

¶ Utrum altare in ecclesia consecrata possit dirui sine licentia epi? videt ꝙ nō. arg. c. pla cuit. de ꝺse. di. i. Secus in nō cōsecrata. ar. a ꝺrio. ⁊ glo. in. c. q̄uis. palle. Idē dic de erec tione quod ⁊ de diruitione 6

¶ Utr sacerdos possit ꝺsecrare altare? R. ꝙ nō. xxvi. q. vi. mistrare 7

¶ Utrū in altari in quo epūs celebrauit pos sit pbyter eodē die celebrare? R. ꝙ nō. de cō se. dist. ij. c. fi. nisi de licentia epi. aut necessi tate cum epūs nō pōt ꝑficere. vij. q. i. nihil. hec glo. in. d. c. fi. 8

Alternatiua penal' fm bar. in l. q̄ cūq; C. d̄ ser. fu. si verba dirigunt indicis. tūc optio ē iudi cis. puta cū dic puniat vl' ꝺdēnet. Si vero dirigunt reo. puta soluat mille. vl' exhibeat medietatē ⁊ hmōi. tūc optio dat reo. Sicꝫo

verba nō dirigūt nec iudici nec reo. puta dicit statutū sit pena pdis ⁊ hmōi. tūc in pmissorpalibo electio ē iudicis. l. i. §. expilatores ff. de effra. In pecuniarijs ꝯo erit rei. ar. l. plerūq; ff. de iu. do. Et sil'is distinctio fit i legatis p Dy. de re. iu. li. vi. ⁊ doc. in. l. lucio. ff. d le. ij Si ꝯo legatū simpl'r fit alternatiue nō magis referēdo verba ad heredē q̄ ad legatarium: tūc electio est legatarij. vtputa. lego Titio fundū vel vsufructū vēdicabit titius qō voluerit. vt in. d. l. lucio

¶ Utr qñ q̄s teneat ad alterū duoꝝ sub alternatiōe possit dare qōcunq; voluerit? R. glo. i c. inter cetera. de resc̄p. q̄ sic. in sti. de here. in sti. §. pe. C. de ꝯdi. inde. l. pe. ⁊. d. l. plerūq; ff. de le. ij. l. si ita. extra de pben. referente. Cōtra in sti. de le. §. si generaliter. Soluit glo. pdicta vera prima iura. nisi eligens fuerit i mora. ff. de op. le. l. mancipioꝝ. ff. de le. l. statuliberꝝ. §. i. ff. de solu. l. stichuꝝ. primo R. ff. de pe. here. l. itē. §. idē erecte ait. Uñ talis si loco et tpe debito offerat alteri cui tenebat ⁊ noluit recipe literatur debitor. Uñ si pīret vel alio mō alienaret nō ppter hoc teneret ad alterū exquo solus creditor est in culpa p iura primo allegata. Quz si nullus sit in culpa debēs duo alternatiue. puta stichum aut pamphilū. si pierit periculū pmi ad emptorē periculum sedi ad venditorē pertinet. l. si in emptōe. §. si emptio. ff. de ac. emp. ⁊ ven.

Ambitio fm Alex. ij. ij. tractatu de auaricia. q. vij. est appetit⁹ potentie. Potentia autē potest appeti put p illaz acquiritur honorificentia. ⁊ sic reducitur ad superbiaz. vel put est apparens sufficientia vel abūdātia. ⁊ sic reducitur ad ꝯcupiscentiā oculorū. Uñ Augus. i. ꝯfessionū. Auaricia possidere vult multa: ⁊ tu domine possides oīa. Potētia ꝯo dicit i possessione oim. Uñ glo. super illud. Cognouī qm̄ dñs meus es qm̄ bonorū meoz nō eges: ait. Quātumlibet auarus sit sufficit tibi deus. eremauaricia terrā querit possidere totā. Adde celū. adde qō plus ē qui fecit celū ⁊ terrā. Et ideo Aug. in li. de vera religione. Ambitio seculi superbos facit. ꝯcupiscentia curiosos. Et in li. ꝯfessi. Jussisti vt ꝯtinea a ꝯcupiscentia carnis. ꝯcupiscētia oculoz ⁊ ambitione seculi

¶ Utrū ambitio sit pctm̄ mortale? R. q̄ nō semp. sed primo rōne finis. ⁊ est tūc qñ in tali appetitu ꝯstituit finem. s. quia paratus esset quodcunq; mortale ꝯmittere p ꝯsequendo potentiam vel honorificentiā. vel secundo rōne rei que appetitur. vtputa quia appetiuit vel plura beneficia ecclesiastica. arg. c. qz intantuz. de pben. nisi in casu licito. De quo dic vt. j. Clericus. §. ij. Uel aliqd̄ beneficiū vel officium seculare vel ecclesiasticū sciens se indignū ratione criminis vel ignorātie et hmōi. qz tunc est mortale. Rō qz vult quod lex phibet. Sil'r dico cū appetit bnficium aut dignitatē q̄ habet cura aiaz principaliter ppter honorē. videt mortale rōe p̄dicta. facit in ar. c. statuimus. lxi. di. ⁊. c. liceat. viij. q. i. ⁊ optime. c. miramur. lxi. di. Et hoc intelligo si sit deliberatio volūtatis. alīs veniale pctm̄ ꝯmuniter est.

Amor sui est quando quis nimis diligit seipsum querendo delectationes corpis nimis ⁊ quietē carnis. ⁊ p cedit ex luxuria que est pctm̄ mortale. solum si ppter eum nō implet pcepta vel facit ꝯtra. Aliter ꝯmuniter est veniale. qui tñ amor sui est ille qui aliqñ ꝯducit vsq; ad ꝯtemptū dei vt dicit Aug⁹. Et ab isto pcedit prudentia carnis. de qua. j. Prudentia

Amicicia vide. j. diligere p totū ⁊ infra Placere

Amor seculi est filia luxurie. De q̄ vide infra Diligere. §. ij.

Angaria est opus persone le ⁊ munus mere psonale. Munus autē mere psonale dr quōd pōt labore corpali expleri sine detrimento rei. vt in. l. numerum. la. ij. ff. de mu. ⁊ ho. pangaria ꝯo in quibuscūq; consistit. vt vult glo. in. l. neminē. C. de sa. san. ec. Et bñ. quia dictio per anget. vt. l. vrbana. § pnoctare. ff. de ver. sig. ⁊ nota. in. c. si constiterit. de ac. Et sic est munus mixtū sicut angaria mere psonale est

Appellatio est a minore ad maiorem iudicem pvocatio fm canones. ij. q. vi. omnis oppressus. ⁊. c. sequēti. ⁊ c. placuit.

¶ Qñ ē appellandū? R. q̄ infra. x. dies a die late sniē. vt. C. de ap. aut. hodie ꝯo. Fallit i absenti ex pbabili vel notoria cā. qz talis infra. x. dies a tpe quo scivit sniam latam potest appellare. vt. C. quōz qñ iudex. l. ab eo. ff. qñ a p. sit. l. i. §. fi. Et hoc vez nisi sit cōtumax vere in nō comparēdo vel veniēdo ad

iudiciū. qz tūc nō audiť nisi veniat iudice se dēte adhuc p tribunali. l. diuꝰ. ff. de ī inte. re. Secus si fuisset ꝓtumax ī restituēdo. qz pōt appellare. l. creditoz. ff. de ap.

2 ¶ Utz appellatō interposita post excōmunicatōez vel interdictū vl' suspēsionē ab officio vel ab ingressu eccl'ie tollat ipsaz censurarū effectū: R. q nō. tex. cī. c. is cui. de sen. ex. li. vi. Et hoc vez qñ tales cēsure absolute sunt inflicte. Ratio. quia secum trahunt executionem. c. pastoralis. de ap. Secus esset si sb cōditōe foret posite. vt puta si nō solueris hinc ad mēsem excōmunico te vl' suspēdo. vl' si nō feceris hoc vl' illud. qz tūc si añ ꝺditōis euētum appellauerit legitime. bene suspēdit. vt ī c. ꝓterea. el. ij. de ap.

3 ¶ Quid si dicat. Excōico te si appellaueris: R. Inno. ī. d. c. ꝓterea q appellatō suspendit effectū. Sed dubiū esset si dicit. Excōico te si dispōsueris ad appellandū. Et tunc dico q ī casu in quo tal' ꝑlatus nō pōt ꝓhibere appellatōem nō erit excōicatus. al's sic

4 ¶ Utz excōmunicatus post legitimā appellatōem sit euitādus: R. q nō. vt no. ī. c. licet de sen. ex. lib. vi. ꝛ. c. pastoral'. de ap. Uerūtamen si excōmunicatus nominatim. spāliter ꝛ expresse infra tempus a iure vl' a iudice determinatū appellatiōem nō fuerit ꝓsecutus vt debuit eo elapso. poterit publice excōmunicatus denūciari. ꝛ tūc erit euitandus tam ī iudicio qz extra. ꝛ ab actibꝫ legitimis remouēdus. d. c. licz. Et debet reputari ꝑ excōmunicato post talē denūciatōem donec sentētialiter fuerit declaratū appellatōem añ excōicationē fuisse interpositā.

5 ¶ Sed vtrum tal' post denūciatōem excōmunicatōis ꝛ desertōem appellatōnis celebrās aut ingerēs se diuinis efficiatur irregularis: R. Arch. ī. d. c. licet. ꝛ seq̄tur ibidem. Ge. q nō. qz ex quo appellatō legitima fuit añ excōmunicatōem posita: ipsam excōmunicatōez suspēdit. ꝛ licet post desertōem appellatōis denūciet excōicatus. no tñ excōicat nec vere est excōicatus. vt ibi patet.

6 ¶ Utz a q̄libet sñia vl' grauamine possit appellari: R. q sic. si est homis de iure canonico De iure ciuili nō ab interlocutoria nisi qñ iudex ī criminali vl' ciuili negocio questionē ꝓtormēta interlocutus est ꝺ. l. añ sñiam. ff. de ap. reci. facit glo. ī. l. añ sñie tps. C. quoz ap. nō re. Regulariter aūt nō appellať ab interlocutoria. vt in. l. ij. C. de epi. au. Rō. qz grauamē quod p eā inferꝛ pōt reparī p appellatōz a diffinitiua, sed qñ nō posset reparī liceret. Quidā tñ tenēt q etiā ab interlocutoria pt appellari semp. vt. l. aut prętoz. §. q̄d tñ. ff. de minō. Sed p mū verius.

7 ¶ Utz ꝺs possit appellare a declaratoze pene legis; videť q nō. qz a pena legis non potest appellari. l. si qua pena. ff. de ver. sig. ꝛ. c. qz nos. ꝛ ibi glo. de ap. Ꝺz tu dic q a declaratoze pōt. Glo. cōsingl'aris ī. c. cupientes. §. q si p. xx. dies. de elec. li. vi. qđ nota.

8 ¶ Utz quis possit appellare a denūciatōne aut declaratōe excōmunicatōnis seu alteriꝰ cēsure: R. Pa. ī. c. puenit. de ap. q sic. qz hec nō est sñia iuris a qua non licet appellare. c. qz. de ap. sed iudicis declarātis que ē hois. Facit ad hoc glo. nota. in. c. cupientes. ꝺ elec. li. vi. Et hoc vez nisi sit notoziꝰ excessus. qz notoziꝰ criminosus nō audiť appellās. facit quod notat Inno. in. c. ex parte. el. ij. de ver. sig. qui dicit q in notoziꝰ nō requiriť ꝓ prie sñia. sed fit quedam iuris executō. ꝛ tex. in. c. qm. de fi. presby. Quod limito verum qñ excessus ē ita notoziꝰ q nulla tergiuersatōe pōt celari.

9 ¶ Quis potest appellare: R. ille cuius interest. al's p aliū facta nō valet. l. i. ff. de ap. nō re. ꝛ. c. ex oze. de his que fi. a ma. par. ca. nisi qñ ꝓuocaret ꝓ eo q ducť ad supplicū. vt. l. nō tm. ff. de ap.

10 ¶ Utrū religiosus possit appellare: R. q nō a cozrectōe suoz ꝓlatoz si fiat ꝑm statuta oz dinis vl' regl'e. c. ad nostrā. ꝛ. c. reprehēsibil'. de ap. ꝛ. c. cū spāli. eo. ti.

11 ¶ Utz appellatō extraiudicial' sic annullet post facta sicut iudicial': R. ꝑm Inno. ī. c. ex pte. el. ī. ꝺ ver. sig. q sic. facit. c. ad audientiā de ap. In hoc tñ est dozñtia ꝑm eūdē Inno. ī. c. ī. de his que fi. a ma. par. ca. qz iudex q̄ procedit ī forma iudicij ꝺz audire legitimas exceptōnes. ꝛ nisi audiat iuste appellať ab eo. Ꝺz secꝰ ē ī eo q̄ nō vt iudex: sed vt ꝑuata ꝓsona ꝑficit factū suū. qz iste in forma iudicij nō ꝓcedit nec ꝓcedere pōt. ꝛ ideō nō dimittet q̄n ꝑficiet factū sup quo appellať. nec reuocabit nisi ꝓbet veritas cāe. nec imputabiť ei si nō audit ꝓtradictōem vl' appellatōez ad ūsariū nisi ꝓbet notarie cāe appellatōis. vt ꝺ elec. c. cū dilectꝰ. ꝛ melioꝰ. c. cū iter canonicos. iūcto qđ nota. ī. c. interposita in glo. ī ꝑ. sz etiam. de ap. Et sic collige q appellatō extraiudicial' ꝺz fieri ex causa ꝓbata a iure vl' ciuili vl' ꝺ suetudinario vl' canōico. Secꝺo q tenēt gesta etiā post appellatōz ipsam. nisi approbata veritate cause. Tercio nō. q eoipso approbať veritas cause quo nō ꝓbať ꝺ tranū.

Quarto q̄ sñia excōicatōis nō tenet post appellatōz ex causis legitimis interpositā. etiā si nō ꝓbat veritas. Qđ quartū ē ꝑciale in excōicatōe t ꝯtra supdicta. Et est rō. qz nunq̄z debet ꝙs excōicari nisi cā ꝓbet. ij. q. i. nemo De hoc vide Inno. i. c. dilectis filijs. de appel. qui in hoc ꝑcordat

12 ¶Ubi t a quo ē appellandū: R. q̄ a iudice q̄ pnūciauit. t vbi ius reddit ꝙ sueuit. Nā regulariter q̄ ad cās agēdas ptinēt i eo loco debet fieri t agitari. ff. de ite. ac. l. voluit. §. qđ ait. t cozaz iudice qui sñiam tulit. si eius sit copia nō p vicos vel oztos. ff. qñ sit ap. l. i. §. dies Et si nō vult iudex recipe appellatōez punitur. l. iudicibꝫ. t. l. qm̄. C. eo.

13 ¶Ad quem est appellandū: R. ad supiozem t gradatim. ff. eo. l. imperatores. t. C. eo. l. ad dictos. Si vero a delegato appellaꝫ ad delegantem. C. eo. l. precipimus. §. cozū. Si autē a delegato delegati ierueꝫ forma posita. C. qui pro sua iurisdi. l. vnica. in fi. t in glo. ibidem. Et ꝓpterea dat cautelā Ra. ful. i. l. eo casu. C. de ap. q̄ epūs vel alius ordinarius deleget causam. quia si appellaꝫ a sententia. deuoluetur ad ipsum qui itez deleget causaz appellatiōis que potest delegari. vt. l. cū post sententiā. C. de ap. no. glo. t Ange. in. l. cos. i prin. C. eo. ti.

14 ¶Qualiter est fiēdaꝫ: R. si incōtinēti fit: sufficit viua voce sine scriptis. C. e. l. ij. t. l. litigatoribus. Si fit incōtinēti: tūc debet porrige re libellū appellatozū infra. x. dies vt dixi. Qui libellus debet cōtinere nomē appellātis t eius aduersariū t nomē iudicis a quo t ad quez appellatur. Hec no. l. i. §. fi. ff. e. forma sic. Ego Titius dico sñiaz nullā quā tulisti dñe iudex. B. ꝯtra me. ꝓdemnādo me sem pronio in. x. libras ꝓsoluēdas. t si aliqua est ego sentiēs me grauatū ad talē iudicē appello i scriptis petens apl'os tc.

15 ¶Utz appellare liceat: R. q̄ sic qñ fit ex ꝓfidētia iuste cāe vl' ad declinandū indebitū g̃uamē iudicis. qz hoc fit aucte iuris. t qđ fit iuris aucte nō ꝯz calumniā. Et q̄ liceat appellare ex causis expssis habent in. c. pastoralis. de ap. Si vo appellet ꝙs cā afferēde more. t aio aggrauādi aduersariū. sic nō pōt fieri sine pcō mortali si est i notabile detrimentū ꝓmo. t tenet ei ad restitutōez. ij. q. vi. c. quicūq̄z. Cōcoz. Tho. sēda sēde. q. iiij.

16 ¶Nota q̄ timēs iniuriā iferri sibi ab aliq̄ iudice t accipiēs iter eūdi ad principem precipiat illi ne sibi iniuriā inferat q̄ hoc videt positus sub ꝓtectōe principis. vt sic istud ꝑceptū cū arreptione itineris habeat vim cuiusdā appellatōis extraiudicial'. Facit qđ not. Bart. in. l. de pupillo. ff. de no. ope. nū. et Inno. t Jo. an. i. c. vt debitus. de ap. q̄ arreptio itineris ad supiozē cōstituit eū sub eius ꝓtectione. t sic punit inferēs tali iniuriā dū ius ꝓtemnit. t cū sub cui⁹ ꝓtectōe se posuit. vt no. Pa. i. c. in causis. de elec.

Apostasia ꝑm Alex. ij. ij. tractatu de apostasia est temerarius a statu fidei: obedientie ecclesiastice vel religionis recessus. Et sic collige triplicez apostasiā. vt etiam no. glo. in. c. i. de apo. In prima fuit Julianus apostata. vt in. c. iulianus. ij. q. iij. t quicūq̄z recedit a fide. ij. q. vij. nō potest. t isti ꝑm Hosti. i. d. c. i. sunt veri heretici. et i ipsis habēt locū oīa iura de hereticis. ex quo patet q̄ ipso facto sunt excōicati. c. excōicamꝰ. de here. el. i. t. ij. t ita tenet Innoc. i. d. c. i. nec testamētū facere pñt. vt. j. testm̄. §. i. In scōa sunt oēs xpiani q̄ nolūt obedire suis ꝓlatis eccl'asticis. viij. q. i. sciendū. Hz aduerte q̄ aut iste inobediēs iō nō obedit pape seu canonibꝫ. qz nō credit q̄ habeāt ptātē ꝙdēdi canones. et iste debet puniri vt hereticus. xix. dist. nulli phas ē. et ibi dicit Hu. q̄ est excōicatus t hereticus et scismaticus. c. licet. de elec. c. excōicamus. de here. c. i. de scis. t Pa. i cle. i. de eta. t q̄li. dicit q̄ ē infamis. t no. glo. vi. q. i. infames. t glo. i. d. c. generali. de elec. li. vi. t ibi Be. Aut iō nō obedit nō qz nō credat eū habere ptātē. sz qz contemnit. t talis graviter debet puniri. d. c. nulli phas est. Si vero nō vult obedire ex quadā ꝙcupiscētia q̄ ipsum tenet tūc mitius punit. de quo vide infra Inobediētia. i prin. In tercia sunt large oēs qui perdunt deū ꝑ ꝑccatū mortale. iuxta illud. xxxviij. di. c. fi. t Eze. Ecce ego mitto te ad gentes apostatrices tc. Proprie ꝙ i ista tercia pte sunt apostate illi qui recedūt ab ordine suo siue sumpte religionis. vt i. d. c. i. t. l. di. c. vlti. de quib loquit Aug. xlvij. di. c. quantūlibet dicēs. Nunq̄z priozes q̄z qui i monasteriis defecerūt. Pro cui⁹ declaratōe queredā sunt aliqua dubia.

¶Utz cleric⁹ i sacris qui dimittit solū habitū sit apostata: R. Pa. in. c. tue. de apostat. q̄ sic. ar. c. i. de voto. li. vi. Secus si esset in minoribus ꝑm Inno. in. d. c. tue. licet alij ꝯtra riū teneāt. s. q̄ sint apostate tales exñtes i minoribus. Sed mihi placet opinio Inno. q̄ nō. p rationem quam facit Pau. i. d. c. tue.

qz̄i. c. vlti. de vita t hone. cle. nō punit̄ solus ex desertione habitus: nisi dimittat t tonsuram et p omnia incedat vt laici. Et hoc verum nisi tales existentes in minoribꝫ habeāt beneficium. quia si tenent beneficiū t dimittunt habitum. sunt apostate. d. c. fi. l. dist. et quod ibi notatur.

2 ¶Utrum peccent clerici apostatātes: R. ale. vbi supra q̄ sic in prima vice. quia faciūt cōtra illud quod dixerūt. Dñs pars hereditatis mee tē. nō tamen postea si sunt in minoribus tm̄. nec credo etiaz q̄ tales peccēt mortaliter apostatando. p. c. vltimū de vita t hone. cleri. t p. c. Johānes. de cleri. coniu. et qđ no. glo. in. d. c. tue. nisi retinerēt beneficium si quod habebant. quia nullum votū nec cōtra aliquod preceptū faciunt Et ppterea dicit Alexan. vbi supra. q̄ nō efficiuntur infames si solum erant in minoribꝫ. sed alij apostate sic. ij. q. iij. si quis t suo. q. q. iij. si autē. Rich. tamē. in. iij. dist. xxiij. tenet q̄ etiam habens primā tonsurā nō potest eam dimittere sine peccato mortali. Quod limitat guil. naason verū nisi causa rationalis eum moueat ad dimittendū. sed qñ solum ex sola libidine laicandi dimittit tūc peccat mortaliter Sed q̄ non peccet mortaliter videtur verius pura allegata. Alij autem qui sunt in sacris: semp sunt in peccato mortali: t sunt coercendi vt redeant ad assumendū habitū et tonsuram. vt in. d. c. tue. Quomō autē si vxorem accepit dispensatur cū eo. vide. j. Bigamia. §. viij. t. ix

3 ¶Utz in minoribꝫ ordinibꝫ exītes possint renūciare clericatui: R. Pa. i. d. c. tue. q̄ nō verbo. vt ī. c. si diligēti. de fo. compe. sed facto sic. exercēdo actum omnino cōtrarium clericatui. vt no. i. c. i. de aposta. vel qñ monitus nō vult resipiscere. Et idem in alijs casibꝫ a iure expssis. De quo dic vt. j. Excōicatio. v. casu. i. §. xxij. cū sequē.

4 ¶Utrū religiosus recedens incōsulto prelato suo: t nō subijciēs se alterius obedictie sit apostata ppie: R. fm Inno. i. c. fi. de renū. t i. c. intelleximus. de eta. t quali. q̄ sic. q̄tum cūq̄ retineat habitū t tonsurā. qz oportz ingrediatur monasterū si vult euitare apostasiā. de quo notat in. c. ex pte. de tempo. ordi. t i. c. Johānes. de regula.

5 ¶Utz religiosus intrās monasterū magis latū sit apostata: R. glo. i. c. fi. de aposta. t i. c. ex pte. de tem. oz. q̄ nō ppie. large autem sit apostata. vide. j. religio. §. xxxiij

6 ¶Utz recipiēs ordinē sacz̄ i apostasia ppe habeat ipsius ordinis executionē sine dispēsatōe: R. Pa. i. c. fi. de apo. q̄ nō erat religiosus apostata quātūcūq̄z pniteat. t solus papa dispēsat cum eo. Secus si minorē tm̄ iuscepisset. quia ep̄us posset dispēsare. Hoc intelligo si nō sit religiosus exempt⁹. qz sup exemptū nullā habet ep̄us auctoritatē. vt patet. j. exemptus. §. vi. Fallit hoc si ī tali apostasia dimisisset habitū. t sic suscepisset postmodū ordines. qz cū esset excōicat⁹. c. vt pculosa. ne cleri. vel mo. li. vi. solus papa poterit dispēsare. vl' melius dic q̄ habebit locū qđ dz i. c. cuz illoz. i fi. de sen. excō Deq̄ vide s. Abbas. §. xiij

¶De clericis vel monachis ꝯhētibꝫ matrimonū. vide. j. Bigamia. p totū 7

¶Utrū religiosus apostata sit requirēdus. vide. s. Abbas. §. xviij. t de eius bonis: vide infra Monasterū. §. vi. 8

¶Utruz xp̄ianus qui ppter timorē mortis facit aliquē actū infidelitatis exterius: puta reuerētiā idolo. licet interius teneat fidē peccet mortaliter: R. q̄ sic. licet ppie nō sit apostata nec excōicatus. facit p hoc. c. sic̄ sanctus. xxxij. q. iij. t quod ibi notat 9

¶Utrū liceat xp̄iano sine apostasia portare habitū infideliū. vide. j. Infidelitas. §. ix 10

Aqua benedicta aliquando fit ad reconciliationem ecclesie pollute sanguine vel semine. t hec benedicit ab ep̄o solum cū vino t cinere. vt in. c. aqua. t in. c. ꝓposuisti. de conse. ec. vl' al. Aliqñ fit ad spargendū homines vel domus. t remouendā sterilitatē rez humanaz t ad multiplicationē ceteroz bonoz̄. et ad defensiōz hominū aduersus insidias atq̄z ꝓsutias diabolī. t ad delēda peccata venialia. t hec benedicitur a sacerdotibꝫ. vt ī. c. aquā. de conse. dist. iij. nec credo q̄ diaconi possint hanc benedicere. argu. d. c. aquā. t in. c. perlectis. §. ad presbyterū. xxv. di. diaconi. t mādatur omnibus sacerdotibus vt eā faciāt. ī d. c. aquā. t cōsuetudo interp̄tat vt oñi die dñico benedicat

¶Utz aqua nō sacrata addita sacrate efficiat sacra: R. fm regulā glo. ī. c. qđ ī dubijs. d ꝓse. ec. vl' al. q̄ sic. qz dicit q̄ sacz tāq̄z dignius trahit ad se nō sacz. xiij. q. ij. nō estimemus. t alijs ꝛcor Qđ intellige vez fm Pa. ī d. c. qđ ī dubijs. i liquoribꝫ. t ī his q̄ mixtione ꝓfundūt. nec facio casū an sit maior quantitas aq̄ nō bñdicte q̄z bñdicte t rōe p̄dicta Fallit hoc ī sacro sanguinis xp̄i. quia liquor 1

additus nō miſcetur ſanguini. cū ſit ibi ſanguis ī venis, ſed ſolū ꝓmiſceꝫ accidēt̄ibus illis. ⁊ ꝓpterea nō efficitur ſanguis xp̄i. vt no. ī. c. cū marthe. de cele. miſ.

2 ¶ Utrum aqua benedicta ſit cā remiſſionis peccatoꝝ venialiū ſicut cetera ſacramēta: R. ſm Pe. ī. iij. di. ij. q nō. qz nō eſt ſacrm. ſed remiſſio que fit p ipſam fit p modū meriti nō ſacrī. Aqua em bñdicta datur ad remouendū phibēs remiſſionē ⁊ diſponendū ad deuotōem ⁊ doloꝝē pctoꝝum.

ARbiter eſt ſm Inno. in. c. quintauallis. de iureiurando, ille qui eligitur vt iudex ſcz vt ꝓcedat ſeruato ī ſubſtantialibus ordine iudicij. ff. de arbi. l. i. ⁊ l. qualē. Arbitrator eſt ſm eundē ibidem qui eligitur vt aliquid exiſtimet. vel quid ſibi videat de aliqua re dicat ſine ordine iudiciario vel ea arbitretur. inſti. de em. §. p̄reciū. ff. de verb. obli. l. ſi quis arbitratu. ff. de le. iij. l. fideicōmiſſa. §. ſic fideicōmiſſum. Jn multis differt arbitrator ab arbitro. de q̄bus notat doctor. ⁊ Pau. ī. d. c. quintauall'. que omitto.

1 ¶ Utrum arbiter ꝓmittens trāſire tempus teneatur partibus: R. q ſic. facit tex. ī. l. i. §. ſciendū. in verbo duus. iūcto. §. p̄cedēti. ff. de ma. ꝓuē. facit quod notat i. l. fi. C. de ꝓtrahen. emp. ⁊ in. l. iij. §. tamē. ⁊ in. l. ſi neminē. ff. de arbi. ⁊ in. l. ij. ff. ꝓ ſo. glo. in ſti. de obli. q̄ ex quaſi delic. na. in princi. et in auten. decernimus. C. d arbi. ⁊ in. l. ſi quis i conſcribendo. in fi. C. de pac. Quod limito verum quādo ex dolo vel lata culpa hoc facit. alſ nō niſi ſe obtuliſſet. qz tunc teneret etiam de leui. Multo magis tenet ad reſtitutōem ſi iniuſtam dedit ſententiā ex dolo vel lata culpa ⁊ etiā leui q̄ñ ſe obtulit.

2 ¶ Utrū arbitrator poſſit die feriata ꝓcedere ī cauſa ⁊ ſententiare: R. Pa. ī. c. ꝓqueſtus. de ferijs. q ſic. qz eſt amicabilis cōpoſitor ⁊ pacis mediator. facit. c. de ferijs. i fine. Lēcor. Spe. ⁊ Inno. ī. d. c. quintauallis. Sed tñ peccat. dicit Pa. vbi. s. ſi ex ſuo arbitramento ſolū haberet reſpectus ad cōplementū ꝓtractus. Secus ſi principaliter intēderet pacem vel aliquē piū actū. vt in dicto. c. i. Et intelligē Bar. in. l. ſi de meis. § fi. ff. de arbi. q dic. q pōt ꝓcedere etiā die dñica. Et ſequit Pa. ī. c. cū dilectus. de arbi.

3 ¶ Utr femia poſſit eſſe arbitratrix: R. q ſic. nō tñ arbitrix. qz haberet ꝓcedere iudicialiter. qđ eſt officiū virile. vt ꝓbat in. c. dilecti de arbi. ⁊ in. l. fi. C. de arbi. niſi ſit femina que ex dignitate haberet iuriſdictiōez vt regina. vide in. d. c. dilecti. in glo.

4 ¶ Utr monachus poſſit eſſe arbitrator: R. q ſic. qz eſt officiū pietatis reducere diſcordātes ad ꝓcordiā. arg. c. inuſtū. ij. q. iij. ff. ꝓ ſocio. l. ſi ſocietatez. in auten. vt iudi. di. §. ſi nō. lxxxvi. diſ. quenit. Et q poſſit eſſe tenet Pau. in cle. ij. de reſcrip. requirit tñ licentiaz abbatis. Et idem ibi Jo. de lig. Et ratio eſt quia non habet neq velle neq nolle. xij. q. i. nō dicatis. Oldra. tñ tenuit q etiā ſine licētia abbatis. Et credo verū ſi abbas ſcitz nō cōtradicit. qz videt conſentire. Et ſequitur Lar. in. d. cle. ij.

5 ¶ Utrū monachꝰ poſſit eſſe arbiter: R. q nō niſi de licētia abbatis ⁊ vtilitate monaſterij arg. c. ij. de teſta. li. vi. vbi nō pōt eē teſtamēti executor ſine licētia ſuperioris ⁊ vtilitate mōaſterij. licet ſit actus fauorabilis. ergo nec arbitriū ī ſe aſſumere. d. c. nō dicatis. Docet net Bal. in. l. ſi q ex ꝓſenſu. C. de epi. au.

6 ¶ Utruz arbitrator poſſit ꝓ bono pacis ſine pctō dare iure alteri⁹ capē ⁊ dare alteri: R. Pa. in. d. c. quintauallis q ſic. allegat. ſz ⁊ ſi i ſeruū. §. ſi quis. ⁊ l. ſi quis de meis. §. recepiſſe ff. de arbi. ⁊ Inno. tex. eſt iuncta glo. in. c. ni/ ſi eſſent. de pbēn. facit. c. his qui. ⁊ ibi Pan. de ma. ⁊ obe. ff. ꝓ ſocio. l. ſocietatē. la. ij. §. arbitrorum. Et nō ſolū in caſu dubio. ſed etiam in caſu ſcito. ex quo facit ꝓ bono pacis. Bal. tenet q nō pōt ⁊ furtū cōmittit. de vſufeu. Et credo verū dicat q̄ñ facit ſine cā. Secus ꝓ bono pacis. qz multū lucrat q̄ a lite recedit. ar. eoꝝ que no. ī fi. l. lucius. ff. ad tre. et niſi nimis enormiter lederet ptē. facit quod no. idē Pa. in. c. fi. de trāſac.

7 ¶ Utrum arbiter ꝓ recompenſatōe alicuius ſpūalis poſſit iudicare dandū tpale: R. pa. in. c. fi. de re. ꝓmu. q nō. qz cū arbitrū videatur quidā cōtractus. vt in auten. vt diffe. iu. di. §. i. Uñ quēadmodū ꝓ viā contractꝰ nō pōt dari aliq̄d tpale ꝓ ſpūali ſine ſimonia. ſic nec ꝓ viā arbitrij vt hic.

8 ¶ Utr in eccleſiaſticis poſſit ꝓremitti i clericū ⁊ laicum: R. q ſic. c. ꝓ tuas. de arbi. non tñ vt in iudicibus. qz laicus eſt omino inca/ pax huius iuriſditionis. vt i. c. decernimus. d iudi. ⁊ iuriſduo ꝓteret cuilibet inſolidū ⁊ indiuiſibiliter. vt no. glo. in. c. p̄udentiaz de offi. dele. ⁊ ſic mixtura faceret habilē. l. p/ dius. ff. de arbi. ⁊ quod no. i. c. cū ſup. de offi. dele. quod eſſe nō pōt. d. l. p̄dius. Tenet tñ glo. ī. c. contingit. d arbi. q etiā de ſpūalib

pōt compromitti in clericum ⁊ laicuz auctoritate supioris

9 ¶ Utz de rebz tpalibz cl'ici possint cōpromittere i arbitros laicos? R. fm Inno. i. c. ꝓtinget. de arbitris q sic. Facit. c. dilecti. de arbi.

10 ¶ Utz cū qs uiuauit stare sniē arbitratoruz possit sine p̄iurio petere reductōez ipsi⁹ arbitramēti ad arbitriū boni viri qñ tale arbitramētū ē iniquū? R. Pa. i. d. c. q̄ntauall'. multas opi. recitat. Sed in cōscientia colligo ex ei⁹ dictis sic. Aut exceptio intenit ex ppositō. ⁊ tūc respectu cuiuscūqz lesionis pōt peti reductio nō obstāte q̄cūqz pacto. Rō. qz sic exp̄sse nō pōt renūciari dol⁹ futurus. l. si vn⁹. §. illud nulla. ff. de pac. Ita nec tacite ſb generalitate ꝑbozz. Et ſb cōiter sequūt doc. Et dz dolus ex ppositō qñ sciēter p fraudē: grāz seu odiū aggḡuat ptē alterā. Aut exceptō intenit re ipa ⁊ sine dolo arbitratoris. et tūc si lesio ē modica nō pōt peti reductō. vt in. l. si ō meis. §. recepisse. ff. de arb. etiā si renūciatio nō interuenit. vt ptz i. c. nisi eēnt. de p̄bē. Aut lesit nō modice. Et cōis opi. ē vt possit reduci. Sed ſb credo vez si nō interuenit renunciatō. Si ꝓpo interuenit renunciatio. s. vt possit dare vni ⁊ leuare alteri. qz renunciatō aliq̄d opat. ar. c. si papa. de p̄uil'. li. vi. ⁊ i. c. in his. ō p̄uil'. ⁊ i. l. si qñ. C. de inof. test. Jō tūc poterit rōne maxime ⁊ enormis lesiōis. ⁊ nō magne. qz ista maxima lesio in dubio videt excepta. ar. i. l. oēs. §. luci⁹. ff. ō his q̄ in fraudē. Et q possit reduci facit. l. si qs cū al'r. ff. ō ver. obli. qz satis ē q nō fecit sicut bon⁹ vir facere debuisset. l. si libertus. ff. de op̄er. li. ⁊ ex quo maxima lesio nō fuit exp̄ssa nō dz trahi vltra intētōez agētis. Ita sentit Bal. i. l. p̄e. C. de arb. ⁊ dns Anto. i. d. c. q̄ntauallis. Et magna q̄ātitas dz respectu p̄sonaz vel cause fm Bal. allegat. l. cū filius. §. hēres me⁹. ff. de leg. ij. vide bonā glo. i. c. fi. de re iud. li. vi. Quid si fuisset dictū vt possit alte ⁊ basse in totuz vel i ptē de iure vni⁹ dare alteri. Et sic credo nō possit si dol⁹ nō interuenit. nisi aditū fuisset illi ptāti ꝑbū restrictiuū. s. alte ⁊ basse. put sibi videbit vl' placebit. qz hec verba ipozt̄at arbitriū boni viri. l. thais. §. sozore sua. ff. ō fideicomis. li. i. i. ff. ō leg. ij. ⁊ l. q̄s. ff. ō le. ij. i p̄n. vide. j. iudicare. §. ij. ⁊. v.

11 ¶ Quō debēt p̄nūciare arbitri sniaz? R. q in plurali dicēdo. Nos arbitri p̄unciam⁹ ⁊c. Excepto i electōe q debet fieri i singulari vice oim. de re iudi. c. cū ab vno. li. vi. ⁊ p̄sentibz ōmibz arbitris fm Panoz. in. c. sane. de arbi. Uerūtamen dicit Bar. in. l. duo ex tribz ffe re iudi. q si tercius fuit p̄sens i disceptōne sup meritis cause. ⁊ dixit quicq̄d voluit. ⁊ monitus ab alijs duobz nō vult eē p̄sens nec allegat cām legitimā absentie. q tūc p̄nt duo p̄cedere sine ipo tercio. Et quō pōt mutare sniaz vel corrigere. vide. j. Judex. §. xxv

¶ Cōpromissum ē i duos arbitratores ⁊ nō 12
cordāt. nūquid p̄nt ꝓpelli eligere tercium. aut iudex possit ipe eligere? R. recitat Pa. in d. c. q̄ntauall'. Bal. i. c. de iniuesti. i ma. facta. dicere q̄sdā sapientes ꝓsuluisse q nō. ⁊ placz

¶ Arbitrio boni viri qñ dz deberе relinq̄ vl' sta 13
ri intelligit ō iudice ordinario loci. no. glo. i. c. statutū. de resc̄p. li. vi. Et sequit Se. in. d. c. statutū. Spec. in ti. de arb. §. i. ꝑ. sed q̄s. vbi dicit q bonus vir cui⁹ arbitrio debet stari dicit iudex loci. l. ꝓtinuus. §. cū ita. ff. de ꝑ. ob. ꝓcor. Lap. abbas

Archidiaconus

ml'ta p̄t de iure.

Sed qz fm Inno. in. c. i. ō offi. archi. ꝓstitutōes ⁊ ꝓsuetudines p diuersa loca p̄ualēt in officijs. de ꝓsue. cū olim. de excess. p̄la. c. ad hec ipsis stabit. Et ideo i officio suo faciet fm q ꝓsuetudo p̄scripta sue eccl'ie habet. Ubi aūt nō esset talis ꝓsuetudo vel statutū haberent locū capitula totius ist̄ius tituli fm eundez Inno. Et sic post epm est vicarius in oīmbz ⁊ habet curā in clero tam in vrbe q̄z in parochijs habitātes. Et ipsos debet de tercio i tercū annū si ep̄us nō pōt visitare. vt in. d. c. i. ⁊ in. d. c. ad hec. Debet auscultare euangelium ⁊ epistolā. ⁊ resp̄soria. ⁊ nullus ea in ecclesia cantet nisi p̄ius ab eo auscultat⁹ ⁊ ei⁹ iussu. ⁊ ceroferarios ordinare. vt in. c. ij. tenetur si aliquid ex sua negligentia vel alterius fraude deperijt de rebz eccl'ie. nisi p̄ posse p̄uideat. vt in. c. ij. Debet examinare clericos qui sunt ad sacros ordines p̄mouendi. c. ad hoc. ⁊. c. vt nostz. Abbates ⁊ abbatissas ponit in sede sua. vt in. d. c. vt nr̄m. q̄ omnia capitula sunt in. d. ti. de offi. archi.

¶ Utz p̄ceat archidiaconus rudē dō epō di 1
ceti. Scis hūc esse dignū. Scio qz tū humana fragilitas p̄mittit. R. fm Inno. i. c. vnico de seru. i ordi. fa. q si tal' ordinādus p̄tractur a pbis pōt sana ꝓscientia rudere. dūmō nō sciat aliq̄d mali de eo. ar. de p̄sum. dudū. q si sciat aliquid mali de eo qđ ē secretuz. dz obtinere a p̄lato vt eo absente faciat ordinationē. Et si nō pōt. vel sine scādalo. tūc etiaz pt sana ꝓscientia dicere. qz nō dicit nisi vt mi ster. nō vt ipe. ⁊ eccl'ia q̄ nihil scit ō occult⁹ p

c

eū loquit. nec dz omittēdo talia dicere. idire cte pblicare crimē frīs secretū. Si ẏo eēt publicū tale crimē. tūc peccarz mortal'r talia dicēdo. xxij. q. ij. pmū. si mō crimē ē pētz mortale qđ scit. sec' si eēt veiale. vt. xxv. di. §. crimīs

Archiepūs pōt i tota sua puincia exercere iurisdītionē tollēdo prauā ꝯ sluetudinē et fulmināndo sniaz excōicatōis i seruātes eā fm Inno. t sequit Pa. in. c. ex frequētibꝫ. de insti. t sentit glo. in sum. ix. q. ij.

1 ¶ Itē pōt i sua dioceſi existēs tōe notorietatis delicti delinqntes suffraganeoꝝ suoꝝ sua snia afficere. Et licet tex. i. c. romana. i. §. notoria. de cēsi. li. vi. loquat dū visitat. tñ doct. cōiter extēdūt i. d. c. ex frequētibꝫ. etiā dū nō visitat rōne notorietatis delicti

2 ¶ Utz archieps possit absoluer sbditos suffraganeoꝝ suoꝝ. R. Be. i. c. ppetuo. ď cēsi. li. vi. q. nō pt ligare vl' soluere nisi dū visitat vt tex. ẏ innuit. nec etiā a minori excōicatōe absoluere. vt i. c. nup. §. i scdo ẏo. ď sen. ex. Et ẏ vez nisi p appellatōem cā ad eū devoluta sit vl' i casibꝫ sibi spāliter a iure pmissis. de qbꝫ hēs i. c. pastoral'. de of. ordi. i glo. t i. c. venerabilibꝫ. de sen. ex. li. vi. t i. d. c. ppetuo

3 ¶ Utz possit añ se crucē portari faceret. R. q trāsiēs p puinciā suā pt. t bñdicere ppl'o. t in pōtificalibꝫ t sine pōtificalibꝫ celebrare t celebrari facere tā i locis exēptis qz nō exēptis Et etiā eps i sua dioceſi pt sil'r hec. Tñ debēt fieri sine violētia t grauamine exemptoruz. cle. archiepo. de p̄uil. Multa alia q̄ ad forū ꝟsciētie ptinēt tāgētia statū archiepoꝝ. vide j. Prelatus p totū. t Eps p totum

Archipſbyter ecclie cathedral'ez hīe curā quō alij sacerdotes diuina officia celebrēt debito mō. t i absentia epi pt fōtes bñdicere. alijs sacerdotibꝫ pniaz iniūgere. c. ij. ď of. archipſby. Jſti alio noie dicūt decani

1 ¶ Utz valeat absoluer oēs ď epatu. R. q sic oēs q̄ ad ipm p penitētia recipiēda recurrūt qz ē parochial' sacerdos oim de epatu. c. officiū. eo. ti. in tex. t in glo. t l. di. in capite

2 ¶ Utz idē possit archipſbz rural'. R. q nō nisi in qz tum epus ei dat auctez. plebibꝫ em̄ solummō pest t nihil dz facere sine relatōe epi aut ꝟ eius decreta. c. fi. eo. ti

Argumētatio a minori ad maius valet affirmatiue. c. si in laicis. xxxvij. dist. A maiori ad min' valet negatiue. xxxij. q. v. si paulus. Et de hoc in. c. cum in cunctis. de elec. in glo. cū suis ꝟ coz.

¶ A toto ad partē valet negatiue. xiij. q. v. penale est 1

¶ A parte ad totuz valet affirmatiue. xxxij. q. iij. meretrices 2

¶ Ab ethimologia nois. xvi. q. i. placuit. el. i t. ij. sed nō valet nisi negatiue t i noie appellatiuo. qz ꝑpa noia imponūt ad placituz. vt no. Bar. i phemio in fortiati sup Rica. Limito etiā fm Pa. i. c. i. ď iudi. vez qñ nomē sumit ex ēntiali natura sua. vt mutuū. testm. qz ẏ vez ē. Testm ē mētis testatio. l. i. ff. ď testa. vbi ğ nō ē testatio mētis: nec testm. Sil'r mutuū ē qđ ď meo fit tuū. l. ij. ff. si cer. pe. vbi ğ ď meo ñ fit tuū nō ē mutuū Secus qñ imponit nomē ex eo qđ deberet inesse innoīato. Uñ impator dr augustus. qz augere dz rem publicā. si nō auget tñ impator ē. vt not. in phemio. ff. veteris. Papa pontifex ď. qz dz ēe pons p exemplaritatē vite. Dz si nō facit tñ pōtifex ē. vt in. c. i. de ꝟsti. lib. vi. Sic igit intelligit insti. de tutel. in pn. ff. de ver. sig. l. bonoz. t. l. malū. C. de defen. ci. l. defensores. insti. de dona. §. est t aliud. C. de feriis. l. a nullo. C. de off. p. vr. l. i. vbi tex. Sciatis p̄fecto ex ipso nomine q̄d pfecto debeat annone. Ex quibꝫ patet q argumētū pōt sumi ab interptatōe nomis. Et sic limita fm Bal. de vasallo militē qui arma bellica deposuit illud puerbiū. Si nomine pueris nec rē habere mereris. esse vez si nomē significat sbstātiā vl' qlitatē necessariā ineſſe alicui subiecto. vt. ff. de fideicōmiss. liber. l. lucius. t. ff. de pac. l. tale pactū. §. fi. Secus si significat solaz simplicē demonstratiōz. vt. ff. de re. du. l. si cognatis. Et ex ẏ patet esse vez q scholares schollas intrātes nō attendentes nec studentes: nō gaudēt p̄uilegio scholariū. vt tenet Jo. de li. i phemio. cle. adducit no. p glo. i. l. vna C. de stu. li. vz. ro. et videt tex. in. l. si quis. C. de dome. pte. Et idez si inhoneste viuūt. Sil'r est verum q illi qui sunt de collegio alicuius artis. sed artē illā nō exercēt nō gaudent p̄uilegio illi' artis. vt no. Bart. in. l. sp. ff. de iu. immu. p illū tex. in. §. negociatores. xvi. q. i. generaliter. Et hec faciūt tā ꝟ scholares t artifices qz ꝟtra eoz rectores qui graūāt litigātes cū eis ratōne p̄uilegiorū. Et ideo si ẏ est manifestū. credo q teneant ad restitutōem rectores oim in quibꝫ pl' sunt graduati. Et sil'r scholares si tales sunt q nō gaudēāt. qz nō sit manifestū. Jn nomine aūt

ppzio sepe fit. ar. licet nō validū. z ideo ho/
mines querunt bona noīa. Et dicebat vxor
Jo. an. q si venderēt deberēt emi p magno
bono. ppterea Jo. an. extollit nomē ppriū in
phemio cle. Hil'r Accur. i. l. facta. §. si in dā
da. ff. ad trebel. interp tādo nomē suuz. Et h
euenit. qz ex hozrido noīe sepe suspicant ho/
mis sinistrū. putātes a prauo cuctu positū.
p h videte tex. cū glo. in. d. §. si in dāda |
4 ¶Ab auctozitate. xxxij. q. i. dixit
5 ¶Ab oppositis vel contrarijs. viij. q. i. scien
dum.
6 ¶A sil'i. ij. q. vi. q se scit. ij. q. i. multi. in fi.
7 ¶Ab exemplis gentiliū. de ver. sig. fozus. de
ose. di. i. c. i. vide Bal. in. l. quenticulā. C. de
epi. z cle. quō multis alijs modis valet. sed
omitto ppter brenitatē

Arra non precia sed pignoza dicun/
tur.
1 ¶Arraz donatio est argumentū emptōis vl'
vēditionis: aut alterius otractus. qui tñ cō
tractus valeret sine eis. l. qd sepe. in prin. ff.
de otrahen. emp. Et pōt quis ab emptōne z
vēditione discedere post ipsaz donatōem ni
si sint date noīe arre z p parte solutionis. qz
cum ps precij sit soluta res nō est integra. C
qñ li. ab emp. di. l. vnica. Uerūtñ ille p quē
stat ne contractus pficiatur. qñ solum sunt
date p arris: ipas perdit qui vēdit. z qui rece
pit restituet in duplū. insti. d emp. z ven. §. i
his. Et idem dic de pignoze dummō nō sit
datum estimatū nomine ptis solutōis. C. d
re. vēdi. l. precij
2 ¶Utrū possint interuenire in matrimonio.
z quomō faciūt matrimoniū. vide. j. Spō/
salia. §. xij. cum se.

Arrogātia cū qdaz filia supbie
qua quis multum
se existimans: ceteros quos infra se videt de/
spicit. z quibz nō ozsuleedo loqui. sz vix do mi
nādo dignat. c. i. xlvij. di.
1 ¶Arrogātes dicūtur qui garrulitatē aucto
ritatē putātes humiliter nelciūt inferre qd
decet. di. xlvi. §. i. z. c. i. z di. xlix. c. hic etem.
circa mediū
2 ¶Arrogātia rusticoz nihil ipudētis. d. §. i
3 ¶Utrū sit mortale petm: R. q sic. qñ ex tali
supbia vel otēptōe fit que sit mortalis. Et p
terea vide. j. Supbia z Cōtēptio. alis co/
muniter petm veniale erit

Arrogatio vide. ē. Adoptio.

Ars balistarioz vtrum liceat: R. q nō
immo phibet sub pena excōmuni/
catōis inter xpianos. vt in. c. vnico. de tagit
tarijs. Qd est verū sm glo. z doc. in bello in/
iusto. secus in iusto. qz data iusticia licitū ē
quibuscūqz armis vti z pugnare. immo ad
uersariū recipe p seductionē parādo insidi/
as. vt in. c. dns. xxij. q. ij.
¶Utz artifices qui inter se conuenīūt q alios
nō instruāt. aut q nō vendant nisi certo mō 1
z hmōi peccēt: R. sm Inno. in. c. significāte
de ap. q sic. si fraudulēter faciūt. Sec9 si ex p
uilegio vel consuetudine. z. C. de mono. l. vnā
intelligit qñ fraudulēter faciūt. vel dicit q
aliq̄d recipit p̄ p̄sentando sit simoniacus. R. Pa. in. c. veniēs. el. i. de testi. q̄ sic. tex. exp⁹. de trāsac. c. ꝓterea qñ inter.

¶ Circa permutationē. vide. s. Permutatio. 35
. H. iij. iiij. ꝛ. vi.

¶ Circa trāsactōez. vide. ſ. Trāsactio. H. iiij. 36

¶ Circa renūciatōez ꝛ remissionē vltra id qđ 37
habes. s. Renūciatio. q̄ro vtr̄ renūcians lr̄is sup bñficio eccl'iastico obtinēdo sit simoniacus. R. Pa. in. c. ad audiētiā. de resc̄p. q̄ sic. si fit ex pacto de aliq̄ tpali recipiēdo. siue p̄ certa pensione recipiēda. glo. in d. c. ad audientiā. tenet q̄ est simonia i eo q̄ cons⁹ est bñficiū. sz i eo q̄ nō dū consecut⁹ est bñficiū q̄n sit simonia. Sz tu tene q̄ est simonia etiā in h̄ casu. si det aliq̄d ex pactōne partiū. sec⁹ si ex officio iudicis vel mediantib⁹ bonis viris renūciatio ex vna pte pure fiat. ꝛ ex altera pte aliq̄d tpale det. vt colligit in. c. sane. de renun. ꝛ de pact. c. cū p̄cdē. Sil'r non est simonia si renunciet talib⁹ lr̄is. ex eo q̄ dat sibi spūale. puta beneficiū fm Inno. ꝛ Host. d̄ rescrip. c. ad audiētiā

qđ limita cū sit permutatio si ꝓ currāt que.s. dixi Permutatio.§.iij.

38 ¶Utrū dans aliqđ tpale plato ne remoueat eū a prioratu vel beneficio sit simoniacꝰ? R. Rodo.ꝑ sic.si necessitas vl' vtilitas sit ꝑ amoueat.alꝫ nō.dummō intētio nō sit corrupta. Sil'r simoniacꝰ est qui dat spūale vt obtineat debitū tpale qđ suū est fm Tho.i.iij.dist. xxv.de quo ego dubito p ea que dixi.s.Simonia.ij.§.xvij.z.xviij.z potꝰ credo ꝑ non sit simonia.ar.c.i.de vsu.

39 ¶Utz renūciās būficio vt alteri certe psone det sit simoniacꝰ? R.ꝑ nō.nisi in pactū deducat.c.dilectio.de pben. Nā hꝫ spē dh nō est simonia.c.cū pridē.đ pac.i.q.i.ordinatōes.

40 ¶Utz remittēs debitū tpale p spūali ꝫseqndo sit simoniacꝰ? R. Pa.in.c.veniēs.el.i.đ testi.ꝑ sic.qz remittere idez est qđ donare.vt in glo.pdicti.c.z in l.q̄n etiā.ff.de calū. Limitat tn glo.in d.c.vez.qn ex tali remissione aliqđ cōmodū applicat pti. Addit Pa.ibidē aliaz limitatōez.i.ꝑ est vez ꝑ remittere est dare qn debitū est liquidū. Sz quādo debitū est dubiū.tūc dicit potꝰ facere qz donare,vt dicit i trāsactōe in.l.sīue apud.C.de trāsac.

41 ¶Utz pmittēs nihil petere ab ordiatore vel psentatore vsqz ad tot ānos sit simoniacꝰ? R. Pa.in.c.ꝑ tuas.el.iij.eo.ꝑ sic.qz exq̄ ordinator teneť assignare isti post ordinatōez portiones q̄ ꝫsideratz fructibꝫ est qđ tpale.talr remittit tpale p spūali ꝫseqndo.z iō simonia est.

42 ¶Utz dans pecuniā vt qs nō ordinet vl' eligat vl' electio ñ ꝫfirmet:aut ecclie ñ ꝫsecrenť: z hmōi.sit simoniacꝰ? R.ꝑ sic.extra eo.ti.nemo. Idē dic qn ꝑ grāz ꝫsanguinitatz vl' affinitatz vl' penitētē nō recōciliat vl' minꝰ penitētē absoluit vl' peccatū celat.vt i d.c.nemo. Dicit tn Innoc.ibidē.ꝑ vez est ꝑ sil'itudinarie dicať simoniacꝰ tal'ꝑ grām sic faciēs.qz sic punit ac si simoniacꝰ esset. Pa.z glo.in d.c.nemo.tenet ꝑ est simonia.z est verꝰ.

43 ¶Utz corrūpēs iudicē vl' testē i causa spūali ꝑpter pecuniā sit simoniacꝰ? R. Pa.in.c.tuanos.eo.ti.cū Hosti.ꝑ sic ꝑ quādā ꝫnexitatē quā hať cū spūalibꝫ.vel est qsi simonia.ar. d.c.nemo.secꝰ in causa mere tpali.

44 ¶Utrū aliqđ accipe ꝑ inuestitura ecclie z sit simonia? R.ꝑ sic.ex.i.c.in tantū.eo.z ibi dicit Pa.ꝑ nō tm ꝑ inuestitura iuris.sz etiā facti.i.ꝑ inductōe in corpalem possessionē.etiā si ibi sit cōsuetudo.

45 ¶Quid de dantibꝫ pmos fructꝰ beneficij i curia.z soluentibꝫ taxā bullaz z ceteroz fm stilū curie? R.ꝑ nō sunt credēdi simoniaci.qz talia nō soluunť ꝑ spūalibꝫ.sz ꝑ sustentatōe curie z officialiū.z sic tene qz illa de volūtate pte sunt ordinata. Sz secꝰ iudico i curijs eporū z aliozꝝ platoz habētibꝫ vñ viuāt fm decētiā:nō fm pompā.qz simoniacū est tales taxas facere ꝑ dispensatōibꝫ:absolutōibꝫ:z huiusmodi.i.q.iij.ex m'tis. Secꝰ si ꝑpter victꝰ decentiā:quā alias nō habēt hoc facerēt.

Simonia.iiii.

Circa ingressum religionis.vtz intrās monasteriū cū pacto de dandis tpalibꝫ sit simoniacꝰ? R.ꝑ sic.c.in tantū. c.veniēs.eo.dicit tamē Hostiē. Joff. Ray.z Ber.in.c.qm̄ simoniaca.eo.ꝑ si monasteriū esset tenue ꝑ possent dicere volēti intrare. Si vis viuere mecū porta tecū.qz licet te libenter recipe vellemꝰ tū bona nostra ñ sufficiūt. Sz tu tene in ꝫsciētia opi.Tho.in sūma.q̄ dicit ꝑ ingressu monasteriꝫ nō licet aliqđ recipe vl' exigere q̄si p̄ciū.sz ꝑ victu psone recipiēde licet aliqđ recipe si nō sufficiūt opes ad hꝫ monasteriꝫ. Sil'r etiā licitū est ꝑpter deuotionez quā qs ostēdit mōasterio largas elemosinas faciēdo eidē ꝑ facilius recipiat sicut licitū est ecōuerso ꝓuocare aliquē p tpalia būficia ad deuotionē monasteriꝫ.licet nō sit licitū aliqđ ex pacto dare vl' recipe vt recipiat.c.q̄z pio.i. q.ij. Rodo.etiā tenet ꝑ qn̄ monasteriū est tenue z indigēs ꝑ nō est simoniacū z pacisci intalibꝫ dūmodo nō fiat p spūalibꝫ ꝫferendis. sz p expēsis faciēdis vl' recōpensandis.vñ tenet ꝑ licet exꝑmere noīa z q̄ntitatē muneris.z placet mihi q̄ ad ꝫsciētiā.z ad.c.q̄ videnť cōtraria.z maxime d.c.qm̄ simoniaca.dic ꝑ loquunť q̄ ad forꝝ ꝓtentiosum ꝑpter fraudes.z ideo fundāt se sup p̄sumptōne q̄ cessat in foro anime.vel loquunť vt nihil p ingressu.sz nō loquunť q̄n p releuatōe sumptꝰ qn̄ monasteriū.aliter nō potest.

Simonia.v.

Circa ea q̄ ꝓhibent dari vl' deduci in pactū p aliqđ spūali vel annexo vel ab eo dependente.z primo

¶Utz solū sit simonia qn̄ interuenit pactū de pecunia? R.ꝑ nō.sz dic ꝑ triplex est munꝰ qđ inducit simoniā in spūalibꝫ si deducat in pactū. Primū est munꝰ a manu.vt est pecunia capiēdo.put accipit.i.q.iij.totū.ꝑ omi re tpali. Secūdū munꝰ est a lingua. Tertiū ab obsequio.vt.i.q.i.sunt nōnulli. Addit ab aliqbꝫ Quartū munꝰ sanguinis qđ est cū qs cōfert ecclesiā vel p̄bendā alicui intuitu ꝫ sanguinitatis vel amicicie. Nā fm glo.in.c.i.vt eccle-

benefi. si solū cōfert ꝓpter cōsanguinitatē vel amicitiā. z alias ñ ꝺferret simoniac⁹ est. Sz Alex. de al'. ij. ij. z Tho. ij. ij. z in. iij. z i quol'. limitāt vez quādo intēdit ex hoc aliqđ bonū redūdās i seipo. vtputa qz magnificet vl' no bilitet. vel vt faciat sibi aliquā recōpensatōez z hmōi. Sec⁹ si solū intendēs bonū tpale illi⁹ cui dat z nō alteri⁹. qz tūc licet sit graue pctm̄ non tn̄ simonia est in ꝟ q̄rto munere. qz nihil dat vt recipiat. z magis placet. De hoc tn̄ vide Pa. in. c. tuā. de eta. z q̄li. ordi. z. i. q. i. c. si q̄s. z. c. sunt nōnulli. Posset tn̄ dici etiā tunc esse simoniac⁹ qñ platus aliqđ beneficiū ecclesiasticū daret alicui cū pacto vl' intentōe. vt ipe suis ꝺsanguineis ꝓuideret.

2 ¶ Sz nunq̄d qđ cūq; mun⁹ a manu inducit simoniā in spūalib⁹. R. ꝙ sic si pactū ꝓcessit. si ꝙo nō ꝓcessit: tūc si sit adeo paruū q̄ñ vtrat inducere ꝓmouētis animū inspectis causa tpe z q̄litate ꝓsonaz. sic nō facit simoniā. c. et si q̄stiones. eo. ti. Ualde em̄ inhumanū est a nemine velle recipe. sz vilissimū ē oia ab oib⁹ ff. de offi. p cōsul. l. solēt. §. vlti. z ꝟ vez q̄ ad ecclesiā. sz q̄ ad rēū q̄cq̄d dat vl' recipit cōtrupta intentōe q̄tūcūq; minimū ꝓ spūali simonia cū est: sz solū pēna sine resignatōe bñficij purgat. z sic itellige. c. nemo. eo. fm Bof. Aduerte tn̄ ꝙ qñ dat aliqđ sine pacto nō vt rebitū. sz vt dari ꝺsuetū nō est simonia fm Rodo.

3 ¶ Quid si id qđ dat sit de rebꝰ eccl'ie. R. ꝙ nihilomin⁹ simonia erit fm san. Tho.

4 ¶ Quid si nō dēt mun⁹ a manu sz a lingua ꝓ spūali habēdo. R. simonia est. Aduerte tn̄ ꝙ mun⁹ a lingua aliqñ dicit ipa laus ptinēs ad fauorē humanū q̄ sub pcio cadit. aliqñ pces ex quib⁹ fauor human⁹ acq̄rit vl' ꝺtrariū vitat. z ideo si q̄s ꝓncipal'r ad ꝟ intēdit simoniaz cōmittit. Et ꝓncipaliter dicit intēdere qñ ꝓ indigno admittēdo dat vl' recipit. Sz circa dignū distinguit Bof. z Hostiē. ꝙ aut promouet q̄s pcib⁹ suis: z sic petit plat⁹ez q̄ dat ꝓ electionē tūc est simonia. i. q. vi. sic is q̄. Si aūt nō dat ꝓ electionē si sit simplex bñficiuz sic licet si indiget. Si ñ est simplex: sz hñs dignitatē vl' curā aiaz sic nō licet. ar. i. q. i. ordinatōes. z. viij. q. i. in scriptur⁹. Est z simonia fm Hug. Ray. Hosti. Tho. ij. ij. z Direc. li. iij. qz eoipo ꝙ petit indign⁹ est. Sz Rodoñ. credit ꝙ etiā licz i dignitate z cura. Fac. c. tua nos. eo. ti. Qđ ego credo vez si indiget. puta qz nō habet aliunde vñ viuat. alias nō. c. ad aures. eo. ti. si modo dign⁹ est z intēdat ꝓdesse z non ꝓesse. Si ꝙo ꝓmouet pcib⁹ alienis si ꝓ indigno sic fm oēs simonia est. i. q. i. de ordinatōib⁹. Si ꝙo ꝓ digno tūc si sūt spūales nō est simonia. i. q. i. latoz̄. Si ꝙo pces sunt carnales. z dicunt carnales qñ illi q̄ pcantur attendūt ad parētelā ꝓncipaliter vl' amicitiā rogantiū. z plat⁹ ꝓpter ipas ꝓncipaliter mouet: sic est simonia. qz pces succedūt loco pcū. ꝺ. c. ordinatōnes. z. c. sunt nōnulli. i. q. i. Si ꝙo plat⁹ ꝓncipaliter nō sequit pces: sz merita seu qz dign⁹ est nō est simonia. c. q̄busdā. i. q. i. z ar. c. tuam. eo. ti. Tenet etiā Pa. in. c. tua nos. eo. ti. ꝙ humiles pces emisse a digno nō inducūt simoniā nec etiā aliqđ pctm̄. vt ex dictis. c. tua nos. z. c. latoz̄. patet imo fortⁱ tenet Pa. ibidē ꝙ donās aliqđ cardinalib⁹ vl' plat': z rogās ꝓ aliq̄ bñficio. dūmodo nō ducat ꝓncipali intentōe. vt ꝓ talia exenia z pces adipiscat spūale: q̄cuis secūdario habeāt talē spem ꝙ extra omnē noxā iudicat: qz iuste ista possunt fieri sine spe ꝓmaria. vt dicit Inno. z Hostiē. facit. c. q̄d ꝓderit. xpi. dist. i. q. i. sunt nōnulli. z in. c. tuā. de eta. z quali.

¶ Circa mun⁹ ab obsequio Quero vtz̄ seruiens alicui plato vt cōsequat beneficiū spūale vl' monasterio vt recipiat z hmōi sit simonia cui⁹. R. Pa. in. c. cū essent. eo. ti. glo. ibi tenet ꝙ nō. q̄ñ sine omi pactōe seruit. z intentōe secūdaria ꝓdicta habēdi ñ ꝓmaria. si modo sit idone⁹ nec plat⁹ aut monasteriū directe ꝓpter ꝟ seruitiū intēdat ei de beneficio ꝓuidere vl' recipere: qz si sic esset mun⁹ ab obsequio. z simonia q̄ñ ꝓncipaliter z directe. ꝺ. c. ordinatōes. Jō dic ꝙ si in seruitio interuenit pactū semp est simonia. c. cū essent. eo. ti. si nō interuenit pactū. si fuiat ꝓncipaliter gratis. licet secūdario vt habeat aliqđ spūale ñ ē simonia fm Soff. z sic ꝺcordat iura q̄ vident ꝺtraria. Hosti. tn̄ etiā tenuit ꝙ si seruitiū corꝓale sit honestuz z dignū. dignū obsequiū ꝓstat: ꝙ licite ꝓt etiaz fuire ꝓncipaliter dūmodo pactū nō interueniat. vt si q̄s ep̄o fuiat romā eundo: ei⁹ negocia ꝓcurādo a ꝺtrario sensu. i. c. sunt nōnulli. q. i. sz in fuitio indigno vel ꝓ indigno sic erit simonia. sil'r dic in fuitio spūali ꝙ si pactū interuenit simonia est: nisi tali bñficio sit annexum illud on⁹. Un̄ nota ꝙ nō solū ꝓdicta ꝺcunt simoniā i dantib⁹ seu paciscētib⁹. sz etiā in ꝺsentientib⁹ siue mediatorib⁹ xc. c. ꝓ inq̄sitionē. de elec. z. c. ij. de cōfessis. necnō in paciscentib⁹ aliqđ dare vel facere ministrantib⁹. sed etiā ministris seu familiaribꝰ administrātis. sicut dicim⁹ in Jezi qui fuit seru⁹ Heliseī. q. i. in summa. Dicit tamē Rich. ꝙ licz ep̄s fecerit pactū vl' pmissionē ꝓ aliquo beneficio dando. z postea oblitus talis pacti pure ꝺfert

ꝙ nō est simoniacꝰ q̄ ad eccl̄iā: nec etiā ille q̄ recepit tale beneficiū si hoc pactū ignorabat. ꝛ ideo nō teneꝫ resignare. qđ bene nota.

6 ¶ Utꝝ autoritas papę excuset a simonia. R. Pa. in. c. i. eo. ti. dicūt docto. ꝙ in curia roma na titulꝰ de simonia ñ habet locū sicut nec lex iulia. đ ambitu i curia p̄cipis. glo. ꝓo ꝛ Ho stiē. in. c. ex pte. eo. ti. dicit. ꝛ sequit Pa. in d. c. i. vez in his q̄ sunt simoniaca de iure positi uo solū. sz nō in his q̄ sunt simoniaca de iure diuino. Et ideo tenet Pa. ibidē. ꝙ cū titulus beneficij habētis administrationē ordinis vl̄ executionē clauiū sit đ iure diuio sicut ipa ex ecutio clauiū ꝙ papa talē titulū vendēs est si moniacus. sicut ille q̄ emit: nec valet excusare eꝰ autoritas. habes tu. glo. in. c. licet. đ penis. ꝛ tex. cū glo. in. c. ex diligēti. de simo. quāuis do. Lar. teneat ꝙ omis titulꝰ beneficij sit đ iu re positiuo. ꝛ sic ꝑm eū excusaret eꝰ dispensa tio. Sz tu tene cū Pa. secꝰ in alijs nō haben tibꝫ executionē clauiū.

7 ¶ Sz nunq̄d eo ipo videaꝫ dispēsare exq̄ scit ex certa sciētia ꝛ tolerat? R. Joh. de ligna. e. ti. c. i. dicit ꝙ sic. ita ꝙ non cōmittit simoniā. qđ ego credo vez qñ simonia cōmittit cū papa. vt puta q̄s habuit beneficiū mediāte pecunia a papa h̄ sciēte ꝛ ad h̄ ꝓsentiēte. qz tūc scientia p̄cipis purgat h̄ viciū. ꝛ ita talis nō incur reret pēnas iuris. siue simonia sit de iure diui no: siue positiuo. nec teneret resignare si simo nia est de iure positiuo. sz đ datis alijs a papa licet ipe sciat ꝙ dñi ꝛ curiales exigūt ꝛ toleret nō ꝓpter h̄ dispensare videt: ꝛ ideo i pēnis in uoluunt. facit. s. de dispensatio. §. fi.

Simonia. vi.

q̄ ad pēnam. Sciendū ꝙ ē quadruplex. Prima est suspensio. Queritꝫ vtꝫ omis simoniacꝰ in ordine recipiēdo sit ip suspēsus ipo iure? R. vt colligo ex Inno. ꝛ Pa. in. c. tanta. ꝛ. c. p tuas. el. ij. eo. ti. ꝙ sic. ꝛ q̄ ad se ꝛ q̄ ad aliosꝫ. ꝛ nō solū q̄ ad ordinē sic susceptū sz ab oībꝫ alijs ordinibꝫ etiā licite receptis. ꝛ p ꝓsequēs est remotꝰ ab administratōe tpaliuꝫ beneficioꝝ suoꝝ. facit glo. i. q. i. reperiunt. ꝛ vi de glo. in cle. cupiētes. de pe. nec potest dispen sari cū eo nisi p papā. i. q. i. gratia.

1 ¶ Utrū simoniacꝰ in ordine dando similiter sit suspensus? R. Hof. tenet ꝙ sic p trienniū. sz Inno. in. c. pe. eo. ti. ꝛ Pa. in d. c. p tuas. tenēt ꝙ perpetuo sit suspensus. ꝛ videt verꝰ p h̄ tex. iuncta glo. in. c. si q̄s a simoniacis. i. q. i. ꝛ. §. Uerū. xxxij. dist.

2 ¶ Utrū simoniacus in beneficio sit suspensus R. Pa. in dictis. c. vbi. s. ꝙ sic. Sz si est occul tus est suspēsus quo ad se nō quo ad alios: sz suspendendꝰ. ar. i. q. iij. c. i. ꝛ. ij. vnde si renun ciat beneficio taliter acq̄sito potest vti ordine suo post peractā penitentiā ꝛ alijs beneficijs li cite habitis. sz beneficio illo retēto in quo simo nia est cōmissa nō potest agere penitentiā. vt i c. inquisitōnis. de accusa. Si vero est manife stus sic est suspēsus quo ad se ꝛ ad alios ipso iure. d. §. vez. vnde q̄uis renunciet beneficio itez in diget dispensatōe sicut q̄libet notorius criminosus. vt in. c. fi. de tēpo. ordi. Sz epūs pt dispēsare dūmodo non sit ille cū quo cōmisit simoniā. vt no. i. q. v. p̄sentium. Et aduerte ꝙ tūc dicit occultꝰ ꝑm Rodo. qñ nō ꝓstat p sen tentiā vl̄ cōfessionē in iure factā. nec p rei evi dentiā que nulla possit tergiuersatōne celari. Limita tñ p̄dicta oīa quādo simonia est cō missa eo sciēte. secꝰ si eo ignorāte. puta p patrē vel amicos. qz tūc nō est suspēsus q̄ ad alios: nec q̄ ad se. nisi in ordine ꝛ beneficio sic habi to: nō aūt in alijs ordinibꝫ susceptis aut bene ficijs habitis vel hereditis. c. de simoniace. eo. ti. vbi hoc voluit Innocē.

¶ Sz quero q̄s potest dispēsare in simoniaco 3 in ordine vel beneficio? R. glo. ꝛ Cal. in. c. post translationē. đ renūci. ꝛ do. Anto. ꝛ Pa. in d. c. de simoniace. post multa tenēt ꝙ in simonia co in ordine solꝰ papa quādo sciēter. Sz qñ eo ignorāte cōmissa est simonia tūc epūs potest dispensare. i. q. v. p̄sentiuꝫ. ꝛ etiā potest epūs di spensare cū tali. licet qñ h̄ sciunt nō renūciauꝫ sz ministrauit i ordine susceptō. aut ad alios ascēdit ꝑm Rodoñ. In simoniaco ꝓo in bene ficio scienter solꝰ papa pt dispēsare ꝑm Berñ. Ray. ꝛ Boff. siue in illo bñficio siue in alio q̄/ cunqꝫ ꝑm glo. ꝛ Joh. an. in d. c. de simoniace. Sz Hosti. tenet ꝙ pt epūs dispensare i simpli ci beneficio solū. Pa. ꝓo in. c. ex diligēti. e. ti. tenet ꝙ potest etiā dispēsare in curato. vt ꝓbat i. q. i. c. i. nec ob. c. pe. de elec. ꝑm eundū Pa. qz dicit ꝙ loquit de dispensatōe ad illud bñficiū in q̄ fuit simonia cōmissa vt illud habeat. qz nō pt nisi p papā fieri. Itē in eccl̄ia empta nō pt ex dispensatōe epi habere: nisi simplex bene ficiū ꝛ cū executōe minoꝝ ordinū solū. In eo vero q̄ ignorāter est ꝓmotus ad beneficiū nō pt nisi solꝰ papa vt illud habeat. sz in alijs pt epūs. vt no. in d. c. p̄sentiū. ꝛ qđ no. in. c. sunt. ꝛ c. nobis. eo. ti. Sz Tancre. in. c. sicut nobis. eo. ti. tenet ꝙ etiā in beneficio illo in quo fuit ꝙ motus potest epūs dispensare si ipe epūs nō est i culpa. ꝛ placet.

¶ Sz nunq̄d idē sit iudiciū de mediatoribꝫ q̄ 4

ad suspensionē z q ad dispensatōez. R. q sic p
5 regulā accessoriū. de reg. iur. li. vi.
¶ Utr ep̄s possit dispēsare cū simoniaco circa
officia mortuor: benedictōes nubentiū: sepul
turas: crisma: benedictōes vasor z hmōi. R.
Hosti. q sic post pactā pnitētiā q nō phi
bēt. ar. c. nup. de sen. excō. nec ob. c. Erga. i. q.
6 i. q loquit de simoniaco i dignitate.
¶ Quid d̄ plato q̄ promisit beneficiū alicui p pe
cunia z re integra ruocat pactionē. R. fm Ric.
q. s. q talis peccauit grauiter faciēdo pactū q
tū ad effectū pacti ñ pcessit nō incurrit penas
7 suspensionis z irregularitatis.
¶ Utr ordinat⁹ ab epo quē audiuit simonia
cū possit ministrare. R. q pt in suscepto mini
strare. sz nō poterit alios ab eodē recipere: nisi
ignorat⁹ sciētiā. c. p tuas. el. ij. eo. ti. Ubi no.
Hosti. q̄q notabilia. Primū q ex varijs di
ctis in alter⁹ p̄iudiciū nō est sciētia formanda. Scdm q sic formata est ad cōsiliū plati
deponēda. Terciū q si deponi nō pt est omīb⁹
modis seq̄nda. Quartū q est virt⁹ cū de sciē
tia scrupulosa sit dona: z melⁱ⁹ informat z cō
trario est debilitas animi z nimia simplicitas
Quintū q in differētib⁹ pt vnusq̄sq; put sibi
placuerit sciētiā informare. Qd bene no. z iō
8 talis debet ministrare z sciētiā deponere.
¶ Secūda pena alia simoniacos est deposito
z infamia. Hec imponit si de h̄ in iudicio cō
stiterit. v. q. ij. sane. de accusa. inq̄sitionis.
9 ¶ Tercia pena est excōmunicatio papal⁹. Nā
Martin⁹ in cōcilio stantiēsi in extrauagāti
q̄ incipit Multe. ita inq̄t. sacro approbāte cō
cilio declaram⁹ q ordinati simoniace ab execu
tione suor ordinū sint ipo iure suspēsi. Electi
ones aūt postulatōnes confirmatōes z quasuis
pusitiones simoniace eccl'iar monasterior di
gnitatū psonatuū officior z beneficior quor
cūq; dēinceps facte nulle sint ipo iure. nullūq;
p illas ius cuiq; acquirat: nec pmoti confirma
ti aut pusi faciāt fruct⁹ suos: sz ad illor restī
tutionē tanq; iniuste ablator teneant. Sta
tuētes insup q dans z recipiēs ipo facto sentē
tiā excōmunicatōis incurrat. etiā si pontifica
li aut cardinalat⁹ refulgeat dignitate. In alia
extrauagāti facta āno. ij. sui pontificat⁹ Man
tue data: q̄ incipit Dānabilē. confirmat oēs ex
cōmunicatōes suspēsiones priuatōes z inter
dicta z alias cēsuras latas a summis pontifi
cib⁹ contra simoniacos q̄s vult incurrere ipo fa
cto oēm simoniacū occultū vl' manifestū vbi
cūq; simoniā cōmiserit: cuiuscūq; stat⁹ etiā si
epal⁹ aut cardinalat⁹ vl' quauis alia eccl'iasti
ca vl' tpali pfulgeat dignitate dictar excōmu
nicationū suspensionū z pnar absolutionē si
reseruās: nisi in mortis articulo. nec vult q
virtute cessionis indulti: aut cuiuscūq; facul
tatis absolu[illegible] cesse vl' cedēde a sede apl'ica possint absolui nisi specialiter de peccato si
monie autoritatē absolu[illegible] di obtineāt. Hoc idē
Eugen⁹ in alia extrauagāti q incipit [illegible]
stabile. Data rome apud sanctū Grisogonū
āno sui pōtificat⁹. iij. Paul⁹ secund⁹ in pcessu quē in die iouis sancte fecit. excōicat omes
simoniacos tā i ordine q̄z etiā i beneficio z ab
solutionē reseruat sibi z successorib⁹ ei⁹ pter q̄z
in morte. nec vult sicut z Martin⁹ q possint
absolui ex quacūq; cessione nisi faciāt mētio
nē d̄ simonia. Idē fecit Sixt⁹. iij. Et sic tene
q omes simoniaci i ordine z beneficio solū sūt
excōicati. Alij vo simoniaci non: sz ipo facto
cadūt in pnas cōtra ipos latas a iure. de q̄b
dictū est hic supra. Nec te moueat. c. reperīt
i. q. i. Hil'. c. quicūq; ibidē. z. c. placuit ibidē.
Hil'. z. c. ex multis. i. q. iij. q licet sub anathe
ma phibeāt tñ loquūt solū d ordine z bñficio
z sic in nullo iure inuenit sub pena excōicatō
nis phibita omis simonia. nisi vt dixi in ordi
ne z beneficio. z ideo illi soli sunt excōicati.
¶ Quarta pena simoniacor est. q pcipit ſb pe 10
na excōicatōis late sentētie oib⁹ cuiuscūq; di
gnitatis aut stat⁹ q si sunt p̄sentes in romana
curia reuelare teneant papē vl' ei⁹ apl'ice sedis
camerario aut suo vices gerēti in vni⁹ vl' duo
rum testiū p̄sentia infra duos dies naturales
postq̄z sciuerint. aut ad eor noticiā peruenerit
aliquē cōmisisse simoniā a q̄ nō nisi per roma
nū pontificē p̄nt: pter q̄z i mort⁹ articulo absol
ui. z h̄ p p̄dictā extrauagantē Martini dam
nabilē. Cui Eugen⁹ in dicta extrauaganti.
Cū detestabile addit. q nō solū q̄ sciūt aliquē
simoniā cōmisisse vel pcurasse. sz etiā q̄ sciunt
illos qui fuerūt mediatores teneant reuelare
papē vel ei⁹ camerario. vel cui ipe duxerit cō
mittendū per se vel p alios quācitius: z q non
possint absolui donec reuelauerint. qd intelli
go si cōmode possunt. z si sciūt veraciter nō p
suspitōnes. aliter nō credo incurrere dictā ex
cōmunicationē. Credo etiā hodie non ligare
cū sit abrogata per nō vsum. Aduerte tamen
fm Aste. li. vi. ti. lv. q qñ simonia est solū mē
talis sine oīmi pactōne q nō ligat talis aliq̄ p
dictar penar. qd nota.

Simonia.vii. quo ad re
stitutionē.
Querit vtrū datū simoniace sit restituendū.
R. Pa. in. c. fi. eo. ti. q aut datū est sine pactō e

ſz cū intentōe habēdi ſpūalia ⁊ tūc dicūt aliq̄ quos ſequit Pa. q̄ ſi talis ſimonia eſt de iure poſitiuo: ſic reſtitutio nō eſt neceſſaria ſpūalium tē. Si vero eſt de iure diuino: ſic neceſſario eſt reſtituendū acceptū. Ulū [illegible]tincte q̄ nō eſt reſtituēdum de neceſſitate p̄ d.c.fi. vbi eſt tex. [illegible] dictū.c.fi. loquit in ſimonia q̄ eſt de iure poſitiuo. ideo dico q̄ in tali caſu nō eſt neceſſaria. Et q̄ ſit ratio licet Jo.an. ⁊ Do. multas adducāt. tamē nulla efficax eſt. ſm h̄ ſolū q̄ ius ſic declarauit. ſm ipm nō extendā ad ſimoniā q̄ eſt de iure diuino: ⁊ ideo neceſſario reſtituēdū. ⁊ ſic tenet Pa. ſm tamē diſtinctionē vſurarū mētalis de qua reſtitutio. i. littera vſurari⁹. in princi. Si vo datū ſit media te pactōne ſic abſq̄ dubio de neceſſitate reſtituendū eſt ſm cōiter docto.

1 ¶Cui debet reſtitui acceptū ſimoniace p̄ igreſſu monaſterij vl' eccl'ie. R. Pa. in.c. de h̄. co. ti. Si loq̄mur d' eccl'ia ſeculari. tūc ſi ille q̄ dedit nō habet vnde viuat reſtituet ei. ar.c. veniēs. eo. ti. Si vo habet vñ viuat tūc ſi oēs d' eccleſia deliquerūt debet dari eccl'ie ⁊ criminoſi expelli. Si aūt nō expellant debet dari fiſco papē ſm Hoſti. q̄ diſtribuat i pias cauſas. Turpia lucra a fiſco extorquent. l. fiſc⁹ in q̄ſtionē. ff. de iure fiſci. Si vo nō oēs deliquerūt. ſz ſolus plat⁹ vl' pticularis. tūc dabit eccl'ie in cui⁹ ignominiā erat datuz. Si loq̄mur de eccleſia regulari ſi oēs deliquerūt dat ei q̄ dedit vt intret ſecūdū monaſteriū. vt in d.c. veniēs. cū ñ poſſit ſtare i p̄mo monaſterio. vt in.c. q̄m. e. ti. Si vo pticulares deliquerūt: tūc pecunia dabit ſecūdo monaſterio quo ad vſumfructū tā tū. ⁊ mortuo igreſſo redibit ad p̄mū monaſteriū. ⁊ ſic intelligē glo. in d.c. de h̄. ⁊ p̄cordat cū p̄dictis Hoſti. ⁊ do. Anto.

2 ¶Quid fiendū cū cōmode nō poteſt applicari vbi vl' in cui⁹ p̄tumeliā eſt data pecunia. puta q̄ in remotis partibus eſt: vel videret incōuenies eaz ibi dari cū eccl'ia ſit quaſi derelicta ⁊ hmōi. R. q̄ paup̄ibus dabit

3 ¶Utr̄ recipiēs beneficiū ſimoniace teneat illud reſignare. R. q̄ ſic. ⁊ reſtituere oēs fructus p̄ceptos ex eo ⁊ q̄ recipi potuerūt a diligēti poſſeſſore. c. ſi res xxiij. q. vi. de reſti. ſpol'. c. grauis Intellige q̄n ſciēter ſimoniace habuit. vel q̄n ignoraūter tamē poſtea ſciuit de p̄ceptis poſt ſcientiā tm̄ teneat. nō aūt i bona fide: niſi extantes vel inquantū fact⁹ eſt locupletior. l. certū. C. de re. ven.

4 ¶Cui debet reſtitui datū p ordine habēdo. R. videt q̄ eccl'ie cathedrali in cui⁹ iniuriā videt datū ſi nō eſt ordinat⁹ ad titulū alicui⁹ beneficij vel eccl'ie illi dabit ſm Ulde. ⁊ Rodo.

¶Quid ſi pecunia ex pacto ſit data papē. R. Pa. in.c.i. co. ti. q̄ nihilomin⁹ nō poterit retinere tale bñficiū etiā in caſu in q̄ papa nō cōmitteret ſimoniā: ſicut i ſimili diſputat Joh. an. in regula cui licet. de reg. iuſ. li. vi. i mercu. de ludēte cū ep̄o ad azardū. q̄ ep̄s fecerat ſtatutū excōicans ludētes. q̄ licet ep̄s nō liget tali ſtatuto: ligat tm̄ ille q̄ ſecū ludit. Sic in ꝓpoſito papa recipiēdo pecuniā nō ſuſpēdit ꝓſtitutionē de ſimonia. ⁊ plene diſputauit idē Pa. in.c. extirpāde. i. §. q̄ vez. de p̄ben. ſz cōtrauz dixi. §. Simonia. v. §. vij. ⁊ eſt veri⁹. Nec obſtitudo d' ludēte cū ep̄o. q̄ ep̄s nō p̄t facere q̄ ſtante ſtatuto ſuo ꝓtrauenies nō liget. ſz bene papa p̄t. Et ideo tene q̄d dixi. §. q̄ nō eſt ſimonia. ⁊ ſic beneficiū poterit retinere.

Bimplicitas eſt duplex ſm Pa. in.c. dilecti. de iudi. quedā ꝓtraria diſcretōi. ⁊ hec reprobat. xxxix. di.c. Petr⁹ diacon⁹. ⁊ xxvi. q. i. ſi cupis. quedā ꝓtraria dolositati ⁊ hec amplectāda. de q̄ in euāgelio. Eſtote ſimplices ſic colūbe. ⁊ bon⁹ tex. cū glo. in.c. veritatis. de iurāmēta. ⁊ vi. q. i. ex merito. ⁊ hec eſt illa de q̄ dicit tex. inſti. de legi. agna. ſucce. §. q̄ ad feminas ſimplicitatē amicā legibo amplexātes tē.

Bimulatio idē eſt q̄d hypocriſis. Un̄ dicit Jſid. lib. ethi. q̄ hypocrita grece latine dicit ſimulator. vl' dic q̄ ſe habent ſicut ſuperi⁹ ⁊ inferi⁹. q̄ oīs hypocriſis ſimulatio eſt. ſz nō oīs ſimulatio hypocriſis: ſz tm̄ illa qua q̄s cū ſit mal⁹ intus ſe bonū ſimulat. ⁊ palā oñdit vt bon⁹ videat ꝓpter gloriā humanā. vt dicit glo. Mat. v. ⁊ eſt filia inanis gl'ie. ſm Bze. xxxi. moral.

¶Utrū oīs ſimulatio ſit peccatū. R. vt colligo ex ſancto Bona. in. iij. di. xxxviij. ⁊ Alex. d' ales. ij. ij. ti. d' hypocriſi. q̄ eſt triplex ſimulatio Prima eſt cautele. ⁊ hec licet. vt patet in.c. vtile. ⁊ c. q̄ ait. ⁊ in §. q̄nq̄. xxij. q. ij. Nā dolum ñ cōmittit q̄ fraudē excludit. l. cū pater. §. plane. ff. de le. ij. ar. c. perlatū. q̄d me. cā. c. chariſſimus. d' cōuer. ꝓiu. vt euitet aliq̄d malū fingit aliq̄d. Secūda ſimulatio ē in ſtructōis. ⁊ hec nō eſt peccatū. ⁊ hec fuit in xp̄o q̄n finxit ſe lōgi⁹ ire. Luc. vlti. in q̄ innuit exhibendū hoſpitiū pegrinis exq̄ coegerūt eū manere. ex q̄ meruerūt eū cognoſcere. Et ideo ille religioſus q̄ maiorē ſanctitatē quā habz ſimulat vt p̄rimi edificent ⁊ ad bonū incitent nō peccat. ſz potius meret. vt patet p Bzeg. xxxi. moza. Tercia

simulatio est duplicitat'. z hec tenet ratõnez mẽdacij z semp est pctm̃. vt ppue ẽ in hypocritis. Addit Alex. quartã. l. significatõis sicut Jacob se simulauit Esau. z hec nõ est peccatũ Sic etiã si ds i repsentatõe misterij passiõis xpi fin xit se iudeũ vl' xpm vl' pilatũ z hmõi.

2 ¶ Utz aliquis possit se simulare malũ: R. fm Alex. in. ij. q nõ. qz aut est hoc per opa mala: siue vere: siue appareter. z sic efficitur talis quale est illud op'. Aut h̃ fingit per opa bona vere z appareter. z sic nunqz potest ex hoc apparere malus.

3 ¶ Utz gerẽs habitũ sanctitatis vl' religionis q tñ nõ habet meritũ sit hypocrita: R. q si ex firmitate post assumptõez talis habit' cadit a pfectõe ñ est hypocrita. qz nõ tenet reuelare suũ peccatũ: nisi loco z tpe debito. vñ nõ tenet deponere habitũ fm Bze. xxxi. moral'. Si aũ tẽ ex malicia a pfectõe deficit sic est hypocrita.

4 ¶ Utz hypocrisis sit pctm̃ mortale: R. vt colligo ex sancto Bona. z ex Alex. vbi. s. z sancto Tho. in quol'. q i hypocrisi duo sunt. s. defect' sanctitat'. z simulatio ei'. Si q̃ intẽtio hypocrite refert ad vtrũqz. s. qz nõ vult hre sanctitatẽ nec curat: sz tm̃ vult sanct' apparere. sic est peccatũ mortale. z sic sumit in sacra scriptura Job. xiij. Nõ veniet in cõspectu ei' ois hypocrita. z Matth'. xxiij. Ue vob hypocrite. Si vero accipiat hypocrita nõ p qlitate vite male. sz p simulatõe. sic aliqñ est pctm̃ mortale. puta si h̃ facit ex fine q̃ est ꝺ charitatẽ dei vl' pximi. puta simulat se sanctũ vt possit seminare heresim. vl' ꝺsequat dignitatẽ eccl'iasticaz. vel quecũqz alia bona in quibꝫ cõstituit finẽ. Si aũt finis nõ sit cõtra charitatẽ. sic erit peccatũ veniale. puta qz soluz delectat in laude. qz fm ph̃m. iij. ethicoz. magis dicit van' q̃ malus. sz si finis sit bon': puta ad laudẽ dei z salutem animaz vt proximi edificent sic meritoriũ est. si tñ nõ ꝺtemnat bonã vitã. Dicit tñ Aureo. in iij. dist. xvi. q. i. q si ex hypocrisi sequit oppositũ honoris dei z proximi saluti q̃ peccatũ mortale. Silr qñ solũ facit vt possit habere vanã gloriaz z hmõi. qꝺ limito vez in vana gl'ia q̃ sit mortalis. alias erit veniale solũ.

Sobrietas dicit mensura debita circa ea q̃ sunt necessaria ad vitã. vnde sobri' quasi buam. i. mẽsurã seruãs. z noie sobrietat' tpantia significat hec exigit in oñibꝫ: sz maxime i ministr' ecclesie. xxxv. dist. p totũ. xli. di. p totũ. de vi. z ho. cle. c. clerici a crapula. i. Thimo. iij. Itẽ in regibꝫ z ꝓncipibꝫ. Prouerb'. xxxi. Noli regibꝫ dare vinũ. qũo peccat mortal'r ꝓtra ipaz. vide Ebrietas Gula z Ornat'.

Societas. i. fm marcũ tullĩũ z no. Azo. i sum ma ti. p socio est duoz pluriũue ꝺuentõ ꝺtracta ob cõmodioẽ vsuz z vberioẽ questũ facit ad h̃. l. si nõ fuerit. §. plerũqz. ff. p socio. vñ cõtrahit solo ꝺsensu. vñ si me' soci' aliquẽ admiserit quẽ meũ sociũ esse voluerit. ei solũ soci' est nõ mihi. ff. p so. l. q̃ admittit z ꝺtrahit ad tẽpus z in ꝑpetuũ. i. dũ viuẽt socij z sub ꝺditõe vt. ff. p so. l. i. z. C. eo. l. pe. sine fine vero ꝺtrahi nõ pt̃. l. nullã. ff. eo.

¶ Qui possũt ꝺtrahere societatẽ: R. q ille pso ne q̃ pñt se obligare z ꝺtrahere. de q̃bꝫ multos casus habes. s. Donatio. i. p totũ. 1

¶ Qũo pt ꝺtrahi societas: R. dicit tex. in. l. so cietatẽ. ff. p so. societatẽ coire. z re z verbis. z p nunciũ posse nos dubiũ nõ est. 2

¶ Circa q̃d potest cõtrahi societas: R. q circa oñia bona. Itẽ circa aliquã negociatõez. Itẽ circa vnã rem. ff. eo. l. societas. sz in re turpi et flagicioſa cõtrahi nõ potest. ff. eo. l. neqz pter/mittendũ est. 3

¶ Est vn' q̃ ponit pecuniã in manu mercatoris seu artificis. z mercator seu artifex ponit in dustriã suã seu exercitiũ circa talẽ pecuniã. seu aliqs ponit pecuniã z operã. z alter operã solũ vl' pecuniã solũ. vl' ambꝺ pecuniã z opas. vt in de ex tali negociatõe z arte habeat lucz. vtrũz liceat: R. q sic fm Ange. ꝺ peruſio tractatu de societate. z h̃ tã de iure ciuili q̃z canonico. quia opa alicui' sepe valet p pecunia. l. i. C. p so. instĩ. eo. §. ij. no. glo. in. c. pleriqz. xliij. q. iij. Et h̃ dũmodo duo ꝺcurrãt. Primũ q̃ ars z negociatio sit licita. c. p vestras. de dona. inter vi. z vxo. Secũdũ q̃ eãtas seruet in oñibꝫ. quia fm Bof. dãna z lucra delẽt ee cõmunia i oñibus. vt i ꝺ. glo. c. pleriqz. z ꝺ. l. i. C. eo. z fm in dustriã periculũ z hmõi. ita vt q̃ pl' posuit pecunie vl' ope plus habeat de lucro. ꝺ. l. si nõ fuerint. in pn. z ad arbitriũ boni viri. q i hac actione sequendũ est. l. impꝛoposita. ff. p so. alias cũ ista equitas nõ seruat nõ poterit esse iusta nec licita. qz cũ societas sit fraternitas. l. verũ. in princi. ff. p so. patet q̃ erit iniqua z leonina. ꝺ. l. si nõ fuerint. in fi. qꝺ bene nota p tota ista materia. Et ratio quare licite accipit de lucro in societate z nõ in mutuo est. qz i mutuo trãsfert ꝺminiũ pecunie in accipientẽ. In societate vero nõ. qz dicit tex. in. l. si tibi aree mee. ff. de pscrip. ver. uemo societatẽ ꝺtrahendo rei ꝺñs esse delinit. 4

5 ¶ Ꝫ nunq̃d rõne pacti erit licitũ q̃ q̃s habeat caput fractũ ꝛ alı̃ sanũ. ſ. q̃ q̃s habeat ꝛ lucro: ꝛ nihil ꝛ dãno. vl̃ magꝭ ꝺ lucro q̃z importet id qꝺ ponit in societate ꝛ minus ꝛ dãno ꝛ hmõi? R. quidã dixerũt q̃ ſic. ſaltẽ ꝺ iure ciuili. qz cõtractꝰ ex cõuentõe legẽ accipiũt. c. cõtractꝰ. ꝛ reg. iuꝛ. lib. vi. Ꝫ tu tene cũ Azo. ꝛ Accur. in d. l. ſi nõ fuerit. ꝛ do. Anto. in. c. fi. ꝺ vſu. ꝛ Ange. vbi. ſ. Et fm theologos ꝛ veritatem q̃ nullo modo licet. qz vt dixi. societas eſt quedã fraternitas. ꝛ tale pactũ eſt ↄtra eiꝰ naturã. ideo nõ valet. l. cũ pcario. ff. ꝛ pcario. et c. fi. ꝛ pca. ꝛ ideo in ↄſcientia teneꝯ reſtituere vl̃ ſatiſfacere oĩe qꝺ indebite habuit. vel in q̃ꝑ primũ grauauit ex ꝫ pacto.

6 ¶ Utꝛ ponẽti opas tm̃ liceat facere pactũ q̃. ſ. tm̃ vult certũ ꝑ opera ſua ꝛ ꝺ dãno nihil vult ſentire? R. q̃ ſic. qz fm Ange. vbi. ſ. nõ eſt iſte ↄtractꝰ ſocietatis. ſꝫ locatõis operaꝛ ſuaꝛ. Et ꝫ veꝛ niſi damnũ ↄtingeret ex dolo vl̃ ſua culpa. qz ſic nõ liceret. l. itẽ queꝛiꝯ. in princi. ꝛ. l. ſi merces. §. qui columnã. ff. locati.

7 ¶ Utꝛ tradẽs centũ ducatos in societate cuꝛ pacto q̃ vult ipm̃ capitale ſaluũ nec ꝺ eo vult ſentire aliqꝺ damnũ: ſꝫ ꝺ lucro vult fm diſcretionẽ ſocij q̃tũ ſibi placuerit dare licite faciat R. q̃ nõ: ſꝫ eſt vſurarꝰ. c. ↄſuluit. ꝛ. c. fi. ꝺ vſuꝛ. Et ꝓpterea fm Baꝉ. in. l. i. q. ix. ff. ꝑ ſo. talis quicq̃d accipit ꝛ lucro extenuat ſortẽ. qz tenetur cõpenſare: vl̃ ſi vtrũq̃z habuit teneꝯ reſtituere lucꝛ. Aduerte tm̃ q̃ ſi q̃s nollet piculo capitalis ſe exponere ꝛ inueniret aliquẽ q̃ eũ vellet aſſecurare ꝑ alı̃ ſibi dato: nõ eſſet vſura ſe liberare a periculo ꝑ talẽ aſſecuratõez: licet ꝑ lucro accipiat ꝺ capitali ſic aſſecurato. qꝺ quidẽ lucꝛ parit negociatio talis capitalis dati ĩ ſocietatẽ. Et idẽ dicerẽ q̃n ſocꝰ accipiẽs ipm̃ capitale cõueniret libere cũ ſocio dante capitale ꝛ dando ſibi tale modicũ ꝛ lucro. qꝺ veriſimiliter q̃libet aliꝰ ſic faceret. ſi dãs capitale remitteret totũ lucꝛ aliꝺ qꝺ ꝛberet habere ex tali ſocietate. eo q̃ eũ aſſecuret ꝑ ꝓncipali. imo ſi nihil eſſet lucri: ſolueret nihilominꝰ aſſecurationẽ. vtpote qn̄ negociatio eſt talis qualitatꝭ q̃ aſſecurationẽ inueniret ſolubilẽdo tria vl̃ q̃ttuoꝛ ꝑ centenario. ꝛ tm̃ cõmuniter ꝑ lucro ſocietatis eſſet receptuꝰ. vi. vel. viij. ꝛ aliq̃n pluſ. ꝛ ſic ↄueniꝛz cũ ſocio q̃ ſolũ daret ſibi. iij. vl̃. iiij. ꝑ lucro ꝛ eũ ꝛ capitali aſſecuraret. ꝛ ſic intelligo illud qꝺ tenet Johã. an. in. c. ꝑ veſtras. ꝛ dona. inter vi. ꝛ vxo. in dote data mercatori. ꝛ q̃ habꝛs. §. dos. §. pr. Ratio: qz in iſto caſu pecunia poſita in ſocietate bene ſtat piculo ponentis. licet illꝺ periculũ redimat ꝓcio qꝺ licet Et ideo nõ eſt priuilegiũ ꝺotis. qz licite ꝓt fieri in quocũq̃z capitali ſic dato: dũmodo ↄcurrant duo. Primũ q̃ ſocꝰ accipiens libere hoc velit facere: nõ ſolũ accipiẽdo tale capitale. ſꝫ etiã ſi ñ acciꝑeret ꝑ tali modo aſſecuraret. Secundũ q̃ tantũ plꝰ poſſit veriſil̃r lucrari ꝛ tali ſocietate vltra partẽ ſuã q̃tũ eſt illud qꝺ ſolueret ꝑ tali aſſecuratõe cuicũq̃z cõiter. Tutꝰ tm̃ eſſet ſi ↄueniret cũ ſocio ꝛ ſoluẽdo ſibi tantũ ꝑ aſſecuratõe capitalis q̃tũ quilibet aliꝰ acciꝑeret ſi vellet aſſecurare. ꝛ in diuidẽdo lucro priꝰ ſolueret ↄuentũ ꝑ aſſecuratõe. ꝛ qꝺ ſuperſet ꝺ lucro ſibi ↄtingẽte illꝺ retineret. Nec ob. c. nauiganti. ꝛ vſu. qz ibi aliter nõ mutuaret niſi periculũ ꝛ lucꝛ ꝑ piculo reciꝑet.

8 ¶ Utꝛ vidua ſeu q̃libet aliꝰ q̃ dat mercatori ĩ ſocietate centũ cũ pacto q̃ ipm̃ capitale ſit ſalvum cũ intentõe tm̃ retinẽdi in ſe periculũ ipſius capitalis. ſꝫ ſolũ facit tale pactũ ne ꝛcipiatur a mercatore nõ vt capitale ꝑeat ipi mercatori: ſi ſine culpa ſua ꝑiret licite ſine vſura ꝫ faciat? R. q̃ licet vſura in hoc ↄtractu nõ ſit ſed vera ſocietas: tm̃ ꝑccat mortal̃r ꝓpter mẽdaciũ pniciosum. qꝺ dicit ĩ ſui infamiaz. xxij. q. ij. c. i. Et ideo teneꝯ notã facere intentionez ſuã. ne forte etiã morte ꝓuenta heredes vellẽt in ſuo robore cõtractũ permanere: nõ tm̃ teneꝯ reſtituere lucꝛ qꝺ habuit fm ſan. Bern̄. ĩ ſuiſ ↄtractibꝫ. ꝛ bene. qz per. l. i. ꝛ totũ ti. C. plꝰ valere qꝺ agit. iſte ↄtractus eſt vera ſocietas ĩ re ꝛ ideo nõ reſtituet. licet alij dicant cõtrariũ q̃ poſſent ſaluari. qn̄ ex ꝫ aliqꝺ damnuz paſſus eſt mercator ꝓpter timorẽ piculi. vl̃ qn̄ ex notificatõe ſiue volũtatis ñ ceſſat ſcãdalũ qꝺ ꝓtimo ꝛdit: qz tũc credo teneꝯ reſtituere. eo q̃ fama rebꝫ eſt ꝓponenda. vi. q. i. ꝛteriores.

9 ¶ Utꝛ ponẽs centũ apꝺ mercatorẽ. ita q̃ medietas vel tercia ꝑs: aut q̃rta: vel aliq̃ alia ꝑs ipoꝛ centũ ſtet piculo mercatoris ſit vſurarꝰ? R. q̃ in ꝫ fuit diuerſa opi. docto. q̃buſdã dicẽtibꝫ q̃ ſic. vt ſcꝰ Bernardinꝰ ꝛ multi alı̃. q̃buſdã q̃ nõ. qz licite ꝓt ꝫ fieri. vt glo. in. c. pleriq̃z. xuij. q. iij. ꝛ multi alij. q̃ quidẽ diuerſitas euenit ex diuerſa opi. dubietatis ſeq̃ntis.

10 ¶ Utꝛ damnũ ꝛbeat eſſe cõe. ſi capitale ꝑdatur: an ſolũ illi? q̃ eũ poſuit. quibuſdã dicẽtibꝫ q̃ ꝛbet eſſe cõe. vt Jaco. ꝛ are. per. l. ſi id q̃. §. itẽ celſus. ꝛ. l. cũ duobꝫ. §. quidã ſagarinã. ff. ꝑ ſo. quibuſdã dicẽtibꝫ q̃ quatenꝰ eſt cõe lucrũ ipſi? capitalis. caten? ꝛ damnũ. p. l. ſi nõ fuerit. §. i. ff. ꝑ ſo. ꝛ p. l. manifeſtiſſimi iuris eſt. §. Ꝫ cũ in ſcꝺam a cõtrario ſenſu. C. ꝛ fur. Quibuſdã alijs dicẽtibꝫ q̃ ſolũ ꝛbet ꝑire dãti. vt glo. in d. §. i. Ratio: qz ſic ꝛ capitali nihil lu-

trak̄ soci⁹. ſz tm̄ ꝛtenet redire ad eū q̄ ꝛtendit ſi inuenit ſaluū i fine societat̄: ita nihil ꝛtinet hr̄e d̄ dāno ipi⁹. Sz tu dic ꝫ cozdādo opi. q̄ ſi nullū ſit pactū vl̄ alia ꝫſuetudo. tunc dic vel ſm Pe. vt refert Ly. in. l. i. C. p socio. q̄ periculuz capitalis ſi pereat rōne societat̄ an opas exhibitas ſit cōe. ſi poſt aliq̄s exhibitas etiā aliq̄d ſentiat ꝛte dāno. ſed ſi poſt oēs opas exhibitas pdak̄ ſoli ponēti illud ⁊ ſufficit alteri p̄rditio ſuaz opaz: q̄ equiſſima eſt p̄ſertim in ꝫſciētia. Vl̄ ſm Bal. in. l. i. C. p ſo. ſiue ante opas ſiue poſt. q̄ pdak̄ ſolū ponēti q̄ forte ver⁹ eſt ꝛte iure. qz ſic nō erat habitur⁹ ꝛte lucro ipi⁹ capitał. ſz ſolū ꝛte lucro qđ ꝛtebak̄ ſiue induſtrie. ita nl̄ lū ꝛtebit pati damnū ꝛte ipo. Et ſic tenēdo iſtā opi. Pe. vl̄ Bal. nō licet facere pactū q̄ picu/lū capitalis ſit alteri⁹ q̄z illi⁹ q̄ poſuit. Rō qz i fine societat̄ ſi nihil eſſet niſi capitale totuz re habēbit. Et ideo cū soci⁹ nō habeat d̄ lucro ip ſi⁹ capitalis nō ꝛtebit hr̄e ꝛte dāno. Si ꝫo pactū fieret q̄ piculū capitalis ſit cōe. qđ licet vt vult glo. pdicta. vl̄ ſic hr̄et ꝫſuetudo. tūc ſcias q̄ eaten⁹ capitale ipm eſſet diuidēdū i fine ſocietatis ſi nihil inueniet ꝛte lucro. quaten⁹ erat pactū vl̄ cōſuetudo ꝛte piculo. Et ideo qz ſan. Bē. pdict⁹. ⁊ ml̄ri alij tenuerūt q̄ i fine societatis etiā ſi nihil ꝛte lucro ſit capitale integruz ꝛtebit redire ad dantē. ꝓpterea tenent nō licere facere pactū ꝛte aliq̄ ꝓte ipi⁹ capitalis piculi. ⁊ ſic tene. Sz ſi ipm capitale erit diuidēdū in fine societat̄ ſi nihil inueniret ꝛte lucro ſm q̄ pacti ſunt vl̄ eſt ꝫſuetudo ꝛte periculo. ſic eſt vera opi. d. glo. quā ſequit Ange. vbi. s. ſ. q̄ licet tale pactū. alias nō. Et ſi pactū nullū eſſet factū ꝛte dāno. ſz ſolū ꝛte lucro intelliget ꝛte dāno ſic ꝛte lucro. q̄ ſi ipe dans nō intēdebat aliq̄d ſentire ꝛte dāno capitalis. ⁊ i fine ſimpliciter ipm habere ſic eſſet vſurar⁹ mētalis. ⁊ eo mō tenet reſtituere ſicut vſurar⁹ mētalis. ꝛte quo. s. Reſtitutio. i. in verbo vſurar⁹.

11 ¶ Utz liceat facere pactū q̄ vn⁹ habeat duas ꝓtes lucri ⁊ vnā dāni: vl̄ duas dāni ⁊ vnā lucri. ⁊ hmōi: R. q̄ i ſciētia oīe pactū qđ ñ facit ꝛteriorē partē alter⁹ arbitrio boni viri. ita q̄ q̄ plus poſuit pl⁹ habeat licituz erit. qđ ſeq̄t Ange. vbi. s. alias nō.

12 ¶ Utz ponēs operā i societatē. ſ. nauigādo eā tando ⁊ hmōi. teneat ſumptibz ſuis ponere: R. ſm Bal. ⁊ Jaco. ꝛte are. ⁊ Ly. i. l. i. C. p ſo. q̄ nō q̄n pficiſcit cā societat̄. qz lucꝛ intelligitur ꝛeduct̄ expēſis. l. illud. C. d̄ codicil. l. mutius. ff. p ſo. Qđ limitat Bal. vbi. s. vez exceptis expēſis q̄s domi feciſſet: qz ille nō ꝛtebit fieri ꝛte corpe societat̄. ar. l. ſed ſi ex lege. §. q̄ aūt. ff. ꝛte peti. here. Ange. ꝫo vbi. s. dicit h̄ vez: niſi cōſuetudo aliter hr̄et q̄ ſi eſſet ꝛtebret ſuari. niſi ꝛtineret inīq̄tatē apertā qz videt actū. qđ ē cōſuetū. l. q̄ ſi nolit. §. q̄ aſſidua. ff. ꝛte edi. edic.

¶ Qūo tenēt soci⁹ ex diſpar⁹ ptib⁹ q̄ fundū 13
vl̄ apothecā cōduxerūt: R. ſm Bal. in. l. i. C. p ſo. ⁊ Ange. vbi. s. q̄ locāti tenēt p eēlib⁹ ptibus. Inter ſe ꝫo tenēt p rata societatis. vnde etiā ſuppellectilia ⁊ vaſa ꝛtebēt diuidi ſm ptes quib⁹ diuidet societas.

¶ Utz ille q̄ ſemel poſuit capitale i ſocietate et 14
p̄rditū eſt ante finitū tps societat̄ teneat itez aliud ponere: R. ſm glo. in d. l. ſi nō fuerit. §. i. ⁊ in. l. i. C. p ſo. ⁊ Ange. vbi. s. q̄ nō. ſiue periculū cōmune fuerit ſiue nō.

¶ Utz damnū p̄sone illi⁹ q̄ ponit opas in ſo/ 15
cietatē ꝛtebeat cōicari adinuicē. puta cū soci⁹ reſiſteret volētib⁹ ſibi auferre ꝓcuniā vulnerat⁹ eſt. ⁊ fecit multas expēſas ad curandū ſe ⁊ hmōi: R. q̄ ſic. q̄ñ euenit ꝓpter societatē vt expēſſe vult. l. cū duob⁹. §. quidā ſagariā negociationē. dicit tex. coierunt. alter ex his ad cōparandas merces p̄fect⁹ i latrones incidit ſuāq̄z ꝓcuniā pdidit. ſerui ei⁹ vulnerati ſunt reſq̄z p̄tias pdidit. dicit Julianus damnū eſſe cōe. Ideoq̄z actōe p̄ socio dāni partē dimidiā agnoſcere ꝛtebere. tā ꝓcunie q̄z rez certaz. q̄s ſecū non tuliſſet soci⁹: niſi ad merces cōmuni noie cōparādas p̄ficiſceret. ſz ⁊ ſi q̄d i medicos impēſuz eſt p̄ te ſocū agnoſcere ꝛtebere ꝛetiſſime Julian⁹ p̄bat h̄ ibi. ff. p ſo. Nec ob. l. ſocū. §. ſocius. ff. p ſo. qz illud intelligit q̄ñ culpa socij id ꝫtingit ſm glo. ibidē. qz tūc nō tenet. Aduerte ſm Bal. in. l. i. C. p ſo. q̄ damnū oīe extrinſecū qđ rōne societat̄ euenit ꝛtebet eſſe cōe. puta ꝛtebita ⁊ p̄dicta. ſz damnū intrinſecū. ſ. ipſi⁹ capitalis. nō niſi vt dixi. §. r.

¶ De q̄ culpa tenet soci⁹ alteri ſocio: R. q̄ ſi cō 16
tract⁹ eſt ſolū societat̄. tenet d̄ dolo lata ⁊ leui culpa ñ leuiſſima. qz ſufficit talē diligētiā adhibitā i reb⁹ cōib⁹ ſicut i ꝓpr̄ijs. vt. l. cū duob⁹. ff. p ſocio. vñ q̄uis aliq̄s expēſſe piculū in ſe ſuſcepiſſet non tm̄ intelliget ꝛte illo qđ euenit culpa ꝫſocij. l. pe. C. ꝛte nauti. feno. Qñ ꝫo cū ſocietate eſt ꝫtract⁹ locatōis vel ali⁹ ꝫtractus qūo teneat ⁊ ex q̄ culpa habes. s. Cōmodatū. §. vi. ⁊ Locatio. §. xxiij.

¶ Qūo ꝛtebet diuidi societas: ſi nihil int̄ ipos 17
eſt ꝫuentū expēſſe vl̄ tacite. puta qz nulla ē cōſuetudo ꝛte h̄: R. ſm Bal. in. l. i. C. p ſocio. q. ij. ⁊ Ange. vbi. s. q̄ ſi alter poſuit centū: ⁊ alter opas. ⁊ ꝛte lucro habēt ducēta. extrahet p̄mo q̄ poſuit centū ſua centū. ⁊ ſic ꝛte quocūq̄z alio q̄ aliq̄d poſuit. q̄ extracta reliq̄ ducēta q̄ ſunt

de lucro diuidet inter se oēs. ita tñ q̄ q̄ plus posuit i societate: puta opas z pecuniā. vl' duas ptes pecunie respectu illi⁹ q̄ solū vnā partē posuit. nō respectu ei⁹ q̄ opas posuit. q̄z opera valet tm̄ sic̄ z pecunia q̄ ponit habebit pl⁹ d̄ lucro. vt d.l. si non fuerint. in pn. z.l. q̄d em̄. ff. p socio. z ḥ arbitrio boni viri. Et id q̄d q̄dā dixerunt q̄ sicut q̄ posuit centū p̄ p̄mo extrahit cētū. sic̄ z ille q̄ posuit opas debet extrahere alia centū p̄ opa sua nō valet. nec de iure diuino. ciuili: vel canonico. q̄z opa hois nihil ē aliud q̄ officiū diurnū. vt. l. i. ff. de op. lib. imo opa hois dicit fructus ei⁹ esse. vt. l. iij. z se. ff. de oper. seruo. Et ideo ille q̄ posuit opas tm̄ nō dicit posuisse aliq̄d cōsistens in sorte vl' capitali. sz solū fructū siue pſone. q̄ fructus aut vsusfructus siue pſone correspōdent fructui aut cōmoditati illoz centū p̄ quo bñ facit. d. l. cū duobus. §. si in coeunda. Preciū inq̄t est velamentū artis. z sic intellige illud qđ sepe opa alicui⁹ p̄ pecunia valet. vt insti. p̄ so. §. ij. i. p̄ cōmoditate et vsufructu seu interusurio dicte pecunie. z iō si alter solū posuit opas: z alter centū solū z lucrū sunt ducēta. ille q̄ posuit opas habebit cētū solū. z ille q̄ posuit centū habebit illa centū z postea alia centū de lucro.

18 ¶ Quātū durat societas. R. tex. i d. l. societatē dissociamur. renūciatōe. morte. capitis diminutōe. Itelligē put est mos ciuilis fm glo. ibi dē tegestate. dicit glo. s. incidēte. vt si q̄s ex socijs bonis cesserit. vt insti. eo. §. itē. vel fuerunt publicate. vt in. l. actōe. §. publicatōe. ff. p so. Adde q̄ dissoluit fm q̄ ꝯuenerūt in tpe durationis illo finito. Item ex ꝯsuetudine si nihil actū est de tpe. d. §. q̄ assidua.

19 ¶ De societate inter frēs z alios qūo tacite cōtrahit. habes. s. Peculiū. §. xxvi. cū se.

Societas.ii.

circa aīalia que dicit̄ socidū aīalium cōtrahit̄ sex modis.

1 ¶ Primo mō q̄n aīalia exp̄sse tradunt gra societat⁹ ꝯhende. vt dic̄ glo. i. l. si pascēda pecora C. de pac. vl' q̄n lz exp̄sse n̄ dicat q̄ gra societat⁹ tradunt. tñ tacite dant gra societat⁹. s. q̄n dant vt sint cōia. z sic ꝯhit̄ societas. vt. l. si tibi aree mee. ff. de p̄scrip. ver. z fac qđ no. Bal. in d. l. si pascēda. Et q̄z ḥ mō aliq̄n ꝯhit̄ aīalibus grossiorus gener⁹. aliq̄n in minut⁹. Ideo p̄mo ꝓponā q̄t modis aīalia grossa dant gra societatis exp̄sse vel tacite. Et aduerte q̄ aīalia grossa dicunt quoz fructus regulariter nō ascēdit ad valorē mr̄is i anno. vt sunt boues eq̄ multi z huiusmodi. ista aliq̄n dant extimata. aliq̄n inextimata. aliq̄n eoz terra. aliq̄n sine cōtione terre qđ fieri p̄t. vt in d. l. cū duobus. §. in coeunda. z

¶ Qñ dant extimata z sine terra. tūc periculū casus fortuiti ē cōe int̄ socios. vt d̄z i d. l. cū duobus. §. dāna. nec mitz. q̄z extimatio i ḥ casu facit emptōez. l. extimare. ff. so. ma. z sic p̄ parte dñiuz remanet apd̄ tradētē. z tacite p̄ alia parte cōtionis i illū cui cōicant z sine traditōne trāsfert. l. i. §. i societate. ff. p̄ soc. z pinde ē ac si ille q̄ dat mutuassz p̄ciū medietat⁹ socio. z ipe posuissz aliā medietatē. z cōiter ab ipis duobus essent empta. z sic in societate posita. Et iō q̄i bet d̄ periculo tenet̄ p̄ dimidio nisi culpa vl' dolo alteri⁹ eueniret. Nā tūc soli⁹ culpabilis essz d. §. dāna. Bal. tñ i. l. i. C. p̄ so. distinguit q̄. i. aut p̄reūt casu fortuito. z sic erit cōe. aut peremptio venit ex natura rei. z tūc dic̄ periculū solū esse dant⁹. q̄z sic etiā penes eū fuissent mortua. nec ē vez fm eū q̄ ista extimatio faciat venditōez. vt d. §. dāna. z. l. iij. ff. locati. z. l. cū manu facta. ff. d̄ ꝯhen. emp. vbi d̄z nemo p̄t eā rē vēdidisse de cui⁹ dñio id agit̄ ne ad emptōez trāseat. sz ḥ aut locatio aut aliud gen⁹ ꝯtract⁹ hec ibi. Gz saluo meliori iudicio ḥ nō teneo cū meliorā tenta etiā naturalia i ḥ casu cōicent vt d. l. si ñ fuerint. sic ꝯuenit vt pricula sint̄ etiā naturalia diuidant̄ siue cōicent̄. nec valet qđ adducit q̄ extimatio ñ facit vēditōez i isto casu. imo fac vt p̄t̄z p̄ d. l. iij. ff. locati. z iō tenet q̄ periculū etiā naturale erit cōe. vt tenēt multi doctores Ang. vbi. s. Qđ tñ limito vez: nisi expī se aliud sit ꝯuentū. z sic itelligit̄ ille. §. nemo. i. d. l. cū manu facta: vl' nisi de ꝯsuetudine aliud sit q̄z intelligit̄ actū qđ est ꝯsuetū. l. q̄ si nolit. §. q̄ assidua. ff. d̄ edil. edic. Et ideo si pactū sit q̄ periculū capitalis nō sit cōe nō erit licit⁹ iste cōtract⁹ in foro aīe: nisi recipiēs vl' ali⁹ q̄ i vno alleuiat i alio eq̄lēt grauaret. l. fm naturā. ff. de reg. iur. Pactū ꝙo circa fruct⁹ vel circa tps oportet ꝯtineat eq̄litatē arbitrio boni viri. vñ n̄ videt iustū q̄ fruct⁹ i ḥ casu debeāt p̄ medium p̄tiri. Si alter ipoz ponit opas. q̄z ipas opas plusq̄z ali⁹ soci⁹ ponit. cū tantū dē in societatē posuerit. Et ꝓpterea debet attēdi si ope p̄nt fieri p̄ minores z pupillos z hmōi. quoz opere nō sunt i magna extimatōne. licet aliq̄ sint. vt l. fi. ff. d̄ libe. cā. vl' si recōpensant̄ per lacticinia hmōi. z de palea seu feno qđ dat ad comedēdū. z sic attēdere q̄ quilibet ipoz equaliter tm̄ posuit i societatē: z vltra videre q̄d vltra ponit ali⁹. puta: rustic⁹. q̄z opas. z sic nisi recōpensaret i alio debet habere pl⁹ de fructibus: aliter essz vsura. cū ex mutuo interp̄tato plus grauaret. c. ꝯsuluit. c. in ciuitate. de vsur.

